
FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS, DE VITA, ET VICTU POPULI ROMANI SUB IMPP…

Francesco Robortello



VIII.

S

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Tomus Primus,

QVI CONTINET LIBROS XV.

AD ILLVSTR. ET REVERENDISS. IO. BAPTISTAM Campegium, Maioricensium Episcopum.

Eiusdem Disputationes nouem.

DE prouinciarum administratione, & distributione apud Romanos.
DE iudiciis Romanorum.
DE legionibus Romanorum.
DE magistratibus Imperatorum Rom.
DE familiis Romanorum.
DE cognominibus Imperatorum Romanorum, & appellationibus.
DE commodis, & præmiis, ac donis militaribus.
DE pœnis, & ignominiis militum Rom.
DE gradibus honorum.

AD LECTOREM.

Propediem edetur Commentarius, in quo explicantur omnia, quæ hoc uolumine continentur, & numeri numeris, qui in his libris notati sunt, respondent.

Reliqui Tomi, qui tres sunt, excudentur deinceps cũ suis commentariis.



BONONIAE,

Ex Typographia Io Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

Cum Priuilegio Pont. Max.


FRANCISCI ROBORTELLI VTINEN.

DE VITA, ET VICTV POP. ROM.

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

AD ILLVSTR. ET REVERENDISS. IO. BAPTISTAM CAMPEGIVM MAIORICENSIVM EPISCOPVM.

Tomus Primus.



OMANORVM respu. Io. Baptista Campegi Episcoporum decus, uir Nobiliss. & maximè Illustris. cum post exactos Reges quadringentis, & quinquaginta annis stetisset, uariis seditionũ motibus labefacta concidit; atq; ita cõcidit, ut ea ruina non modò ciues Ro. interierint, sed etiam socii, & externæ gentes, quæ in ipsius ditionem ante redactæ erant, fuerint oppressæ. Quòd cõciderit mirari nemo debet; à Platone enim, & Aristotele didicimus naturales esse omniũ rerumpublicarum conuersiones, atq; aliam ex alia gigni, non secus àc res uniuersæ, quæ sensu percipiuntur. Quòd uero tàm breui cõciderit spatio, ne id quidem difficile est ad iudicãdum; Sicuti enim ædes bene, & ratione ædificatę diu permanent, malè autem materiatæ, & uitiosæ motu, quamuis paruo, labefactæ corruunt. Sic & resp. quæ bene, ac ratione non fuerit ab initio constituta, diu incolumis esse non potest. Incursiones illæ tam crebræ seditionum, uis illa multitudinis, ille ille tribunitius impetus, & ardens multorum ambitio, quamuis summas, Romanorum opes non solum infirmauit, uerùm etiam fregit. Quòd si antiquitatis memoriam animo repetere uolueris, non externis hostibus magis, quàm domesticis præclarissimã quanq; ciuitatem laborasse cognosces. Et alię quidem perceleri interitu dissipantur, aliæ uerò, cum benè firmæ, & iam corroboratæ essent, non una quidem accepta plaga statim concidunt, sed paulatim ueluti recisis neruis, & debilitatis uiribus elanguescunt. Romanorum igitur resp. cum in morbum sæpe incideret, ac nouis tentationibus urgeretur, se non modò interdum recreauit, sed alacrior

multò, & firmior extitit. Verùm cum ipsam demum impurissima lues ex ambitione, & scelere ciuium orta polluisset, morbusq; penitus in intimis uenis, ac uisceribus ipsius esset inclusus, uehementius indies ingrauescere cœpit, nec ulla unquam à peritis, & bonis uiris medicina tanta adhiberi potuit, quæ illud natiuum, & inueteratum malum sanaret. Tota igitur deleta est, & uniuersus factus interitus; Nam post ciuilia bella, quæ XX. anno confecta fuerunt; omnia primùm in C. Iulii Cæsaris, mox in Augusti potestate esse cœperunt; illiusq; nutu, & arbitrio prouinciæ omnes administrari, & leges sanciri. Ius imperandi Tiberio ueluti per manus tradidit Augustus, Tiberius Caligulæ. Is deinceps alteri. Hinc noua reip. forma. noua urbis facies. nouæ leges, noua S. C. nouæ consuetudines. Omnia immutata. alia uiuendi ratio. alius deniq; totius orbis status. Hanc ego historiæ partem Nobiliss. Campegi cum ordine ab initio Ro. reip. cõuersionis historiã totã legissem, atq; paulatim ad Constantini, & Iustiniani tempora deuenissem, Gotthorumq;, & Lõgobardorum, qui Italiam occuparũt ante mille annos, quàm hæc nunc à me scribũtur, res gestas percurrissem, deuenissemq; ad Caroli magni tẽpora, cui tanquam Italiæ liberatori & S. Ro. Ecclesiæ uindici Imperium magna cum potestate à summo Pontifice permissum fuit; existimaui operæ precium me facturum, si quæ inter legendum collegeram ad antiquitatis notitiam spectantia, & aptè suis locis disposueram, cum ex ea magnam utilitatem capi posse animaduerterem, meis etiam commentariis explicata, & illustrata ederẽ. Nactus igitur, quod cupiebam maxime, Bononiæ idoneos impressores, nõ putaui rem differri in aliud tempus oportere; statimq; hoc cœpi consilium, ut eruditionis hoc totum genus, quod minimè uulgare est, in uolumina quatuor, quos Tomos græco utens uocabulo appellaui, partirer, & singulis suos adiungerem commentarios; id quod uides iam à me factũ. Hic primus est Tomus, qui antiquitatem ex Suetonii historia collectam continet, præterea & nonnulla ex Dione, & Spartiano, quindecim enim libri sunt. Alterum uolumen non fuit expectandum dum imprimeretur; interim enim legi poterunt ea, quæ in primum coniecta sunt; De tota autem hac ratione antiquitatis colligendæ, & notandæ, ne quis tàm facilè opus hoc confici à quouis posse putet quo consilio, quoq; ordine, & modo usus sim dicã postea. Nunc tecum paulisper colloqui mihi libet de historiæ

Augustæ

Augustæ scriptoribus, & diiudicare, quales sint, ut si tecum, qui eruditiss. es, multumq; iudicio uales, & stilo;artemq; tenes à ueteribus traditam omnem aptè, & ornatè scribendi, consensero, etiam aliis mea sententia iure optimo probetur. Fuisti tu in pueritia à doctissimo, & eloquētissimo uirò Lazaro Bonamico græcis, latinisq; literis institutus, qui unus mehercle in primis, cum bonę artes ab eloquētia essent disiunctæ, scientiā, & cognitionē maximarum rerum, quæ philosophia continentur, cum uerborum splendore, & sermonis lenitate ita coniunxit, ut quod fieri non posse multi crederent, cum id ab eo factum uidissent, sententiam mutarent, suamq; ignauiam accusare inciperēt; Cum philosophis ille, & dialecticis palàm ita disserebat, quasi unus ex illorum familia, atq; eos tantò facilius superabat, quantò plura ad scientias perdiscendas adiumenta attulerat, inter quæ illud maximum, quo pauci etiam nunc utuntur, linguę scilicet grgcæ cognitio, quam ita ille callebat, ut, sicuti olim de Cicerone dictum fuit, omnes Graij illum spectarent, & magno cū rubore ora obuerterent sua, si quando loquentem audirent, sed de tam præclaro uiro in præsentia plura non dicam, quæ enim dixi eò spectant, ut cum maximo sis præditus ingenio, semperq; eloquentiam, & bonas artes omnes, quæ ueterum libris continētur, adamaris, homines non mirentur te tantum profecisse, cum præsertim tali ab ineunte pueritia fueris usus præceptore, semperq; lectissimos uiros domi in conuictu habueris, Verum audi quæso, quid de singulis sentiam, qui Impp. res gestas literis mandarunt. Augustam historiam à Tiberio ordiens post Augusti mortem scripsit etiam Cornelius Tacitus, atq; in consulatus, & annos distribuit. Quare in ipsa legenda nulla oriri potest confusio, intelligis enim illa omnia sub Tiberio uel aliis acta, & quidem eo ordine, cumq; annorū spatium non ignores magnum, & uberem fructum ex tali historia capere omnes possunt. Vsq; ad Titum Vespasiani filium deductam illius habemus narrationem. Ex equestri familia ortus, & ea quidē insigni, quæ postea Tacitum multis annis post Romanis Cæsarem omni uirtutū genere ornatum, sapientem in primis, dedit, antea Senatorem, qui etiam gentilis sui historias, ne interirent, singulis annis à librariis describi diligenter iussit, atq; in bibliothecis reponi. Illius genus dicēdi, si ea respicias tempora, satis politum, & elegans. Quod autem ad rationem scribendi pertinet, quæ nunc etiam extat in eius libris, ut

apisci,

apiſci pro adipiſci, & inlicitum, pro illicitum, & Donuſam pro Donyſam proferat, aliaq; quamplurima, quæ uetuſtatem redolet, planè affirmare non audeo, illum ita ſcriptum reliquiſſe, ſuſpicor enim librarios, qui quæſtum faciebant deſcribendis libris, cum grammatices eſſent bene periti, affectaſſe, & effingere uoluiſſe antiquũ illud ſcribendi genus, atq; ueterem longo interuallo referre conſuetudinẽ; Vt autẽ id ſuſpicer, facit Priſcianus diligẽtiſs. eius artis ſcriptor, qui cum etiã antiquã adnotarit ſcribendi rationem, maiore ex parte improbat conſuetudinem illam, quam recentiorum fuiſſe ait; Si qui igitur libri ita ſcripti reperiuntur, ſiue Ciceronis, ſiue aliorũ ſint, non eſt credendum eius ſcriptionis ipſos fuiſſe authores, quam in ſuis libris Ciceronem etiam dãnaſſe uidemus, & ueteres grammaticos nominatim reieciſſe, quaſi a quibusdã recentioribus inuectã, qui imitari ſtudebant, ſed perperam, uetuſtum illud loquendi genus; ſi enim Cicero ita ſcriptos ſuos reliquiſſet libros, id grammatici non ſiluiſſent; adde, quod multa ſunt in ea ſcriptione, quæ rationi repugnãt, & abſurda eſſe, ac falſa omnes poſſunt cognoſcere. Verùm de hac re alibi copioſè agemus. Nunc redeo ad inſtitutum ſermonem. Tacitus Liuio proximus, uel potius par, eadem enim fermè utriuſq; ætas, & uidere ſene Liuium Tacitus potuit. nam Auguſti, & Tiberii ætate uixit Liuius. tres & uiginti annos numero, quibus temp. rexit Tiberius. Addo propè quadriennium Caij, ac bis quaterdenos Claudij, & Neronis annos. Vnum Galbæ, & Othonis. Vitellii itidem unum. quem ſecutus eſt Veſpaſianus, quo imperante floruit Tacitus; ſic uix quinquaginta annos eſſe colligo. Iam uerò hic Romæ natus, & altus eſt, eques Romanus ex antiqua ſtirpe; alter Pataui. quantum igitur puſilla ætas huic demet, tantum Liuio patria; quantumq; Liuio ætas adiunget, tantundẽ Tacito & patria, & genus. Nec de Tacito non ſuum etiam iudicium tuliſſet Quintilianus, ſi editus tum fuiſſet annalium liber, ſatis enim conſtat Domitiano inimicum fuiſſe Tacitum ob ſoceri necem, quam ipſe explicat, magno cum probro Domitiani, in ſoceri uita, quam ſcriptam reliquit. Eſt & Velleius Paterculus, qui ſub Tiberio floruit, inſignis, & eloquens, cuius libellus elogia, & ἐπιφωνήματα habet præclara, & ingenioſè prolata. id enim ipſum profeſſi ſunt nonnulli ex ueteribus, qui hiſtoriam ſcripſerunt. hancq; laudem ingenii in ſcribendis argutè elogiis ſuper quaq; re propoſita quæſiuere. Elogia tamẽ

illa

illa ego censeo historiæ nõ conuenire, ipsius enim hæc mera est cor ruptela; nam in his locus est adulationi, qua nihil historiæ magis est inimicum. Sed & hic consules non semper enumerat, nec annos di stinguit. certus igitur dux hic nobis esse non potest historiæ perdiscendæ. Scripsit & Orosius, atq; in capita distinxit. Hispanus is fuit, uir bonus, ac simplex, religioni deditus, Augustini discipulus. Verum illi magis propositum fuit in rerum singularum euentu prouidentiam summi dei contemplari, quàm singula persequi. adiumento tamen nobis esse potest, & usui ad rem aliquam comprobandam, si testimonio egeat, nam & uiros, à quibus res gestæ sunt, recenset, & annos summatim enumerat. Sed ad totius historiæ perceptionem, quam per singulos annos deduci oportet, prorsus inutilis. Dionem in primis habemus Romanę historiæ scriptorem, qui ab ur be condita usq; ad sua tempora narrationem deduxit, non quidem integrum, magna enim ex parte, negligentia superioris ætatis, illius libri interierunt. sed à Mithridatico bello, quod gessit Põpeius, usq; ad Tib. Cæsaris ætatem, cuius etiam res gestas persequitur, libri adhuc extant. Is omnium mihi maximè satisfacit in historia, nam annos percenset, & annales conficit, quæ una ratio historiæ scribendæ mihi maximè uidetur esse probanda, Enim si temporum, & annorum distinctionẽ ab ipsa sustuleris, ut quo quidq; anno deinceps gestum sit non perspicias, non uideo, qualis tandem sit futura historia. Is ætate Seueri Imp. floruit, atq; ad illum cum deuenisset, finem scribendi fecit, quod satis intelligi potest ex epitome illius librorũ à Xiphilino Byzantio conscripta. ut etiam cognoscas deceptũ Merulam, qui partem eius historiæ Dioni cuidam Cassio attribuerit, cum Xiphilini illa epitomarum pars sit ex hoc excerptarum. Xiphi linum ego ob id ipsum reprehendo, quòd in conficienda epitome (cuius conficiendæ ego aliàs artem tradam) omiserit consulum, & annorum distributionem, ex qua tota pendet Dionis historiarum cognitio. Hæc de Dione, & Xiphilino. Suetonius uitas aliquot descripsit Augustorum. fidem si spectes, nihil certius. acumẽ scribentis si consideres, & prudentiam, nihil acurius, nihil prudentius. uerborum quantum satis est adhibet, copiam autẽ reijcit. formulas fori, & curiæ omnes seruat in loquendo. mirificus planè uir, & dignus, qui ab omnibus ametur, & legatur. Sed ratio hęc describendi uitas Augustorum, non historiam, duo in primis habet incõ-

moda. Nam & priuatas illorum actiones persequi est necesse, quæ historiæ nō competunt, cum publica tantùm acta percésere debeat uel etiam priuata, si modo ex ijs publicæ actiones deriuentur, ut alibi copiosè à me dictum fuit. et (quod alterum est incommodum) adulationem recipit; uel si ab ea natura scribentis abhorret, dicacē illū esse oportet. Pausanias in Atticis refert historicum, maledixisse Regi Antigono, quòd sepulcra Græcorum effodisset. id refellit Pausanias firmissima ratione, nam ille ementitus fuerat; Ego dicacitatem ne in eo quidem, qui uera scribat, probo. Plutarchus hoc genus scribendi secutus est. quare genus primùm, mox ingenium, indolem, & mores, postremò res gestas, & dicta ab eo enumerat. Et Suetonius ipse in Augusto, quale hoc sit scribēdi genus. num. 9. demonstrat, cum ait. Proposita uitæ eius uelut summa, partes singillatim non per tempora, sed per species exequar, quò distinctius demonstrari, cognosciq; possint. Nā annos singulos non persequitur, sed bella ciuilia, & externa, leges ab eo latas, instituta militaria, magistratus, & acta singillatim recenset. Verùm redeo ad rem, ut magna hæc incommoda non sint, certam notionem rerum non affert legentibus, tempora enim & anni singuli non distinguntur. Suetonium consecuti sunt alii, qui eandem rationē scribendi sibi proposuerunt; Iulius Capitolinus, qui sub Diocletiano Augusto floruit. is Antonini Pij, & Philosophi, Veri præterea, & Pertinacis, multorumq; aliorum uitas descripsit, nā Suetonium Trāquillum in scribendo sequi uoluit, ut ipse etiam affirmat, pag. 313. in Maximi, & Balbini uita. sed utinā illi etiam magis uenisset in mentem annales conficere. profectò cōsultius suæ famæ egissent Impp. illi, si ab historico postulassent, ut res gestas singulorum annorum describerent, quàm ut uitam, mores, ac uitia persequerentur. leges, senatusconsulta, prouinciarum administrationis formam sæpè prætereunt, ac minutula, & leuia longius, quàm par est, persequuntur. In eadem classe reponendus Spartianus. Trebellius Pollio. Lampridius. Vopiscus. Volcatius. & alii. Sex. Rufus rogatu Imp. Valentiniani compēdium scripsit nō inutile, & elegans, multaq; de Diœcesium, & prouinciarum distributione retulit. Eutropium non prætereo, qui ab Vr. con. orsus historiam Romanorum, summatim res omnes illorum gestas persecutus est usq; ad sua tempora non negligendus planè, & in numero probatorum reponendus. Hero-

dianus persimilis Thucydidi, nam eleganter Impp. res gestas ab Antonino, & Cōmodo ordiēs, usq; ad Gordianū nepotē describere cōnatus est, & cōciones aptè suis locis effinxit. sed poterat, qua in re culpa nō caret, historiā suam consulatib. distinguere; quod in historia est necessariū. Eusebii Chronica à Diuo Hieronymo cōuersa habemus, sed in numeris corrupta, usq; ad Imp. Iouinianum. Cassiodori itidem chronica usq; ad Theodericum Gotthorum Regem, nā floruit sub Anastasio, & Iustino seniore, is Rauennas fuit, à Theoderico postea Archigrammateus factus, ipsius antè cum fuisset praeceptor. Senator deinde, V. C. Illustris sacri palatii quaestor. Cōsul. Magister officiorum. Patritius Rom. Praeter hunc, & alii sunt, qui annales scripserunt, res gestas colligentes suorum temporum, ac consulum tùm orientalium, tum Occidentalium nomina, qui sub singulis fuerunt Impp. adnotantes. His accedit Zonaras non negligendus author historiae, qui non modò Romanorum omnes res gestas grecè, sed Macedonum etiā, & Graecorū ordine complexus, & breuiter ex antiquis decerpens descripsit. Hebraeorum etiam, quas nemo non malit apud alios legere, qui copiosius persecuti scribendo sunt. sed tertium ipsius, & quartum uolumen ualde utilè, qui Impp. orientalium res gestas literis mandauit usq; ad sua tempora, quarum memoria planè interiisset, si ipsum non haberemus. Si qui sunt paulò delicatiores, qui his scriptoribus tùm graecis, tùm latinis fastidiat, necesse est eum tàm multorum annorum memoriam negligere, & ignorare, quae cum aetate nostra propius coniuncta est. Ex Cicerone, Terentio, & aliis, qui tùm uixerunt eloquendi ratio omnis petenda est; ex his notio illarum rerum, quae ad illa tempora pertinent; nec periculum est, qui iam βεβαίως, & ἀμεταχινήτως ut inquit Aristoteles lib. 2. Ethicorum, sese habet ex diuturna exercitatione in dignoscēdis, & proferendis optimis quibusq; uerbis, & sententiis, omniaq; diligenter obseruarit, quae summo cum artificio in Ciceronis libris collocata sunt, infici possit sordibus, siue recentiorum, siue etiam antiquorum, qui nec purè, nec elegāter locuti sunt, scripta legat. Si me audirent adolescentes, qui gloriam assequi cupiunt, & meo parerent consilio, darent ab initio operam, ut antequàm ad disciplinarum grauiorum studia aggrediuntur, copiam sibi optimorum uerborum ex Cicerone pararent, & ipsum exprimere discerent, sicq; demum instructi ad scientias accederent perdiscē-

das. Nunc uerò uideas, cum uix literas has communiores attige rint,& uix dictionẽ unam rectè proferre sciant, statim ad ius ciuile, & philosophiã aggredi. Verùm de hac re aliàs pluribus, uel potius nunquam, frustra enim conqueri cur debeam non uideo, aut eos reprehendere, qui ad obtrectandum paratiores sunt, quàm ad seipsos corrigendos. Nunc quid effecerim,& quo consilio, quàmq; utilis sit antiquitatis huius notitia futura declaro, tùm ijs qui politiores amant literas, tùm ijs, qui ius ciuile perdiscere uolunt. Digessi omnia, quæ ex ueteribus collegi, in titulos, siue capita octo. quæ qualia sint, quia postea annotabo, nunc non cõmemoro. Ante uiginti tres annos, cum meo iam uti iudicio cepissem in legendis antiquorum libris,& satis tenerem, quæ ad notionem utriusq; linguæ spectãt, animaduerti necesse esse, si difficilia, quæ sæpè occurrunt, loca intelligere uellem,& aliis explicare, quodq; summum est, memoria retinere,& in promptu, ut ad ea, quæ mihi aliquis proposuisset, respondere possem, habere, rationem aliquam excogitare adnotandi,& cõquirendi certo ordine omnia, quo omne genus eruditionis, in quouis authorũ genere inuenire me posse crederem,& cõmẽtarios mihi ad hunc usum conficere, In historicis igitur præter rerum gestarũ notitiam, quæ uulgaris est,& facilè ab omnibus percipi potest, diligenter obseruaui, quale esset doctrinæ genus, quod colligi posset, cumq; uiderem senatusconsulta, reip. formam, magistratuum potestatem, iudiciorum rationem, solennes sacrorum pompas, supplicationes, ludos, triumphos, omnem deniq; tùm publicam, tùm priuatam uitam explicari, præterea sæpe de prouinciis, de legionibus, de municipijs, et coloniis, de iure latij de fœderibus, de militũ disciplina,& armatura, de familijs, de nobilitate,& ordinum generib. de legibus, de sacerdotibus,& alijs huiusmodi mentionem fieri, neq; sine his aut Ciceronis, aut aliorum libros posse intelligi, cæpi mecũ cògitare, ad quæ ueluti capita generalia omne genus eruditionis huius, ut ordine disponeretur, posset redigi. Octo demum (ne multitudo obesset) peropportunè constitui, qualia uides, sub quibus omnia, quæ collegi, collocata sunt. Ac sanè in dies magis mihi hæc tota ratio conficiendi commentarios probata fuit, si enim uel esset differendum publicè de aliqua re, uel alicui respondendum, omnia semper erãt in promptu, eòq; maiorem capiebam uoluptatẽ, quò inter legendum locupletari indies magis, ac magis uidebar, sicuti

qui quæstuoſam,& copioſam mercaturam faciunt. Neq; hoc tantùm in latinorum libris effeci,ſed etiam Græcorum,quod genus doctrinæ minus tritum eſt,& peruulgatum. Quòd ſi mihi impreſſorũ, quos hic habemus,poſthac etiam erit,ut ſpero,facultas,alia omnia, quæ reliqua ſunt,& parata iam dudũ habeo, uolumina ſtatim edã. Iam uerò ſi quis quærat,an hoc annotandi genus fuerit ante uſitatũ, facilè reſpondere poſſim,nullum fuiſſe ante paulò doctiorem, qui id non egerit ſummo ſtudio. Mitto Plutarchum,qui multis in locis cõmentarios à ſe paratos teſtatur uariis de rebus: cumq; eſſet de cõſolatione,de puerorum inſtitutione,de exilio ſcribẽdum, inde promebat omnia, poetarum,& philoſophorum dicta, ſummorum ducum exempla, ſimilitudines, aliaq; id genus, quæ multò ante conquiſiuerat.prætereo Varronem, & Pomponium Atticum, qui omnem antiquitatis memoriam collegerant. Nihil dico de Plinio,qui ex lectione ueterum tam copioſos libros nobis de natura reliquit. Taceo quanta diligentia Ariſtoteles collegerit,quę ad libros de animalium hiſtoria conſcribendos pertinebant. Patrum noſtrorum memoria Raphael Volaterranus, Cælius Rhodiginus(& ſi diuerſo in genere) Pomponius Lætus. noſtra autem Gregorius Giraldus Ferrarienſis, qui libros de Dijs gentium diſputationem, de ſepulcris, de re nauali,de menſibus,de poetis, ex ueterum monimẽtis cũ omnem antiquitatem conquiſiuiſſet,& ad certa capita,quæ ſibi propoſuerat,redegiſſet,tàm uberes,tàm plenos edidit,ut nihil omnino prætermiſerit. Pomponius Lætus, quod ad noſtram hanc rationẽ attinet, de magiſtratibus, & ſacerdotiis Ro. itidem de legibus libellos collegit ex lectione hiſtoricorum; idem eſt à Poggio Florentino factum in eo libro,qui Feneſtellæ nomine falsò circumfertur.habeo ego manuſcriptũ domi, in quo illius nominis eſt inſcriptio; nec ullus eſt adeò hebes, qui non perſpiciat talem librum Feneſtellę non eſſe, cum Pomponii iureconſulti, & aliorum teſtimonijs utatur, qui multis ſeculis poſt uixerunt, nam Feneſtella ante Aſconiũ floruit. Sed redeo ad rem. perpuſillum eſt, quod illi confecerunt: ego titulis ijſdem uſus ſum, ſed alios prætereà addidi, qui neceſſarii eſſe uidebantur. Iudicialia,& forenſia,militaria, & cõſuetudines priuati uictus,ac publici,coloniarum, & municipiorum antiquitatem, & iura nemo collegit; ut mittam alia, quæ à me diligenter fuerunt obſeruata. In annotandis ſingulis generale quiddam reſpexi,

atq; id ex singularibus conformare conatus sum; ut certior, & solidior esset doctrina. Quod si non potuit aliquando fieri, satis esse putaui, si singulare, uti se habet, adnotarem. Inscriptionem; DE VITA, ET VICTV Po. Ro. antiquam esse scis. Nobiliss. Campegi. nam Varro ea usus olim fuit, atq; his nostris opinor persimiles, & si non eodem modo, libros cōscripsit, quorum sæpe apud Nonium Marcellum, & alios fit mentio. uerba etiam proferuntur, quæ satis ostendunt, quasi ungues leonem, quales illi fuerint libri, & quo genere eruditionis referti. Vtiles autem nostri hi commētarii non tantùm ijs erunt, qui politiores literas amant, & antiquitatis cognoscendæ cupidi sunt, sed etiam ijs, qui iuri ciuili dant operam, hinc enim fluxerunt leges, & constitutiones Impp. omnes; origoq; ipsarum non alibi, quàm hic perspici potest. idem de magistratuum nominibus, de formis loquendi, de forensi, & castrensi consuetudine dicendum est, quorum nihil, si hæc ante percepta nō fuerint, satis aptè, nec sine magno labore potest intelligi; qui enim incurrit in aliquem Pandectarum locum, ubi testamentorum, senatusconsultorum, publicorum iudiciorum, uectigalium, quæ ex præscripta ueterum forma loquendi, & consuetudine fori explicantur, mētio fit; nec ea ante perceperit ex historicorum Ciceronis, & aliorum libris, nouitate ipsa commoueatur necesse est, & hæsitet. ei uerò, qui antiquitatis totius peritus ad Pandectas accesserit, nō illa tū quidem discit, sed reminiscendo, quæ antè didicit, recognoscit, mira quædam suauitas, & delectatio in recognoscendo est proposita; qua se prorsus ij priuant, qui tale genus doctrinę aspernantur. Alterum etiam commodū ex hac antiquitatis notione capi potest longè maximum ab ijs, qui Romæ uiuunt in aulis Principum, & Cardinalium, è re nata enim inter ambulādum, in conuiuiis, in tabernis librariorum, in suburbanis, & uiridariis oritur sermo, dum spectantur uel parietinæ urbis antiquæ, uel Theatra, uel Colossi, uel tēpla, uel fornices, & aquæductus, de uita & uictu Po. Ro. de ratione ædificandi, de uestitu, de ludis, de prandijs, de cœna, de balneis, de armatura, de disciplina militari; excitat enim ipsa urbs, quæ in oculis est, quamlibet uastata ante DCCC annos à Barbaris, ob præstātem, & excellentem dignitatem, quam in imperando obtinuit, homines ad sui memoriam, & admirationem, nec ullus est paulò elegantior, aut liberaliter educatus, & institutus, qui in hisce rebus cognoscendis

gnoſcendis multũ ſtudij non ponat. Me certè non pœnitet aliquot annis in hoc genere eruditionis cõſumpſiſſe, eoq; magis lætor, quòd tibi Nobiliſſimo, & eruditiſs. uiro nõ improbatur hoc meũ totũ cõſilium; & ſi enim grauioribus negociis, & maioribus diſciplinis es occupatus, magnamq; diei partem conſumis in diuinæ Philoſophiæ, quæ ſola animi bene inſtituti, & erigentis ſeſe ad rerum cœleſtium contemplationem eſt pabulum, non intermittis tamen eloquentiæ, & antiquitatis ſtudia, quibus à pueritia ſemper fuiſti deditus. ex omni certè hiſtoria magnus fructus capi poteſt; ſed ab hac in primis, qua res geſtæ Impp. uſq; ad noſtram ætatem explicantur, ſi ad prouidentiam Dei Opt. Max. omnia referas, & conſideres, qua ratione durities illa animorum, & efferata Impp. immanitas in Chriſtianos paulatim fracta, & mollita ſit, ea in primis de cauſa, quòd illis difficillimis temporibus, cum maxima ſiti ab hoſte intercluſus laboraret exercitus, & Imp. ipſe Antoninus in ſummnm diſcrimen eſſet adductus, experti ſunt, quantum Chriſtiani, qui uerã, puramq;, reiecta omni ſuperſtitione, ſuſceperant religionem, Deo eſſent chari, ſubitò enim, poſtquam humi proſtrata, pura, & incorrupta mente legio Chriſtiana, quam Imp. habebat in caſtris, Deum precari cepit, & implorare, ut opem ferret, magnus imber conſecutus eſt, quo & milites, & iumenta ſiti enecta ſe recrearunt; edicto autẽ uetuit, ne poſtea ulla Chriſtianis ſæuitia adhiberetur, deq; ea re literas ad Senatum dedit, quarum adhuc extat exẽplum. Poſt uarias deinde iactationes tandẽ peruentum eſt ad Cõſtantini tempora, qui deuicto tyranno, & ſedatis ſeditionibus, cum ex matre Chriſtiana eſſet ortus, & ad uerum Dei cultum inſtitutus, primus ſolennes ethnicorum ſacrorum ritus, & ceremonias, ludos quinquẽnales, omnem deniq; ſuperſtitionem, & idola è templis ſuſtulit, ipſaq; ueri Dei Seruatoris noſtri numini dicauit; Quid ſit conſecutum ſcimus, facileq; ſummi Dei prouidentiam in ſingulis euẽtis conſiderare poſſumus, qui ita omnia moderatur, ac regit, ut ſemper pios homines, quiq; integra mente, & pura ſunt, atq; eccleſiam ſuam, quamuis conflictari interdum nobis uideatur, foueat, atq; augeat. Sed ne longior ſim. hic finem facio de hac re loquẽdi, tu enim multò melius, qui in ſacræ Theologiæ ſtudijs diu uerſatus es, iſta expendere potes, & ſoles. Magnum uerò tuæ uirtutis ſpecimen dediſti cum in Concilio Tridẽtino, in tàm frequenti ſummorum uirorũ

conſeſſu

consessu orationem, quæ sapientissimis sententiis, grauibusq; uerbis ornata fuit, & perpolita, habuisti, ut omnium animos incenderes ad ecclesiam Dei subleuandam, quæ ita probata fuit, ut cum te ardentem in dicendo uidissent, etiam ipsorum mentes inflammatæ statim fuerint ad pristinam ecclesiæ dignitatem recuperandam. Quid uero mirum? non modo enim oratio tua tunc talis erat, ut refelli non posset, sed etiam uita tam constans, & mores tam temperati semper fuerunt, ut cum ea, quæ diceres, ac suaderes, cum actionibus tuis consentiret, nemo non mirabiliter tibi dicenti faueret, acclamaret etiam sæpe, non tantum ui sermonis tui, & elegantia, uerum etiam bonitate naturæ, & singulari modestia, atq; integritate permoti, multi enim meminerant te Laurentii illius Campegii filium, qui postea S. R. E. Cardinalis factus difficillimis temporibus eam labantem sua prudentia confirmauit; postq; captam urbem Legatus ad Imp. Carolum missus a summo Pont. de maximis rebus, tam illi carus semper fuit, ut cum nullo libetius colloqueretur, nec ullius magis, dum affuit, uteretur consilio, patremq;, honoris causa, sæpe appellaret. Quare et ipsum & familiam totam uestram amplissimis titulis, & honoribus decorauit, eosq;, qui ante ab Imp. Maximiliano auo, uirtutis ergo, uobis tributi fuerant, auxit, qui adeo magni, tamq; multi sunt, ut nulli in Italia maiores, paucis æque magnos delatos putem. Nec ab Impp. Augg. tantum, sed etiam a Pontt. Maxx. honoribus, & titulis quamplurimis aucti estis, ac sane iure optimo, quis enim maiores pro S. R. E. curas suscepit, aut tam enixe benemereri de ea semper studuit, quam aut Parentinorũ Episcopus, qui uelut alter Hercules, postquã se in multis laboribus exercuisset, nonagenarius fere in honestissimum ocium se contulit. aut Feltrensium itidem Episcopus Thomas patruus tuus, qui nunquam uel scribendis commentariis de religione falsas nequissimorum hominum opiniones refellere, uel procurando ea, quæ ad publicam utilitatem spectant, omnibus prodesse destitit, nec adhuc, quamuis sit summa senectute, desistit. Quid dicam de fratre tuo S. R. E. Card. quem Iulius III, cum primum Pontifex est factus, in sacrosanctum collegium cooptauit magna cum testificatione suæ erga uestram familiam præclaræ uoluntatis, dixit enim palam nõ aliunde asciscí in eũ ordinẽ posse ex ulla familia, aut præstantiores uirtute, ingenio, & doctrina, aut propensiores ad beneme

rendum

rendum de S. R. E. Ac sane Optimum Pontificem ipsius nō se fellerat opinio; Quam diu enim uixit, habuit Romana ciuitas singulare specimen prudentię, & innocentiæ. Atq; utinam diutius uixisset. sed non est, quod tibi illius desiderium, ac dolorem tuum lōgiore sermone refricem. Præterire sine summo scelere non possem Ioannem patruelem tuū Bononiensium Episcopum, & fratrē ipsius Feltrensium Episcopum designatum, quorum alter, & iuris ciuilis ac Pontificii, & græcarum literarum, ac Theologiæ bene peritus, in Deo pie colendo, & ijs, qui ipsius concrediti sunt fidei, regendis, diligens, & procuratione maximarum rerum, quæ ad remp. Christianam spectant, semper est occupatus. Alter philosophiæ, omnibusq; scientiis, quæ nobilem decent adolescentem, & uiam ad gloriam muniunt, deditus, cum satis eruditus fuerit ad disciplinam, & usum S. R. E. tuendæ, parem non modo uoluntatē ad res gerendas aliis, sed etiam facultatem afferet, & uestigia suorum persequetur. Verum quia uereor, ne commemorandis familiæ tuæ laudibus aliquid molestiæ tibi exhibeam, sepe enim audiui te reprehendētem multos, qui id in aliis faciunt, hic finem facio de his rebus dicēdi; sed debebis tu pro tua singulari humanitate mihi ignoscere, atq; hoc saltem dare meæ erga te obseruantiæ, cum præsertim modice, aut etiam intra modum id fecerim; cupio quidem certe, ut omnes intelligant me tui, omniumq; tuorum esse studiosissimum; Quod si mihi ut assequi ne hac quidem uia possim, non concesseris, nō uideo quomodo tam multis, ac magnis tuis in me beneficiis, ne aliqua quidem ex parte, gratiam referre possim. Verum, ut non probes hoc genus totum dicendi, probabis certe pręclarum meum erga te animum; etiam laborem spero nostrum non improbabis, & studium in antiquitate colligenda, & explicanda, si enim laudem assecuti sunt magnā, qui unum, aut alterum locū interpretati sunt, non uideo, quare mihi aliqua non debeatur gratia, qui omnia collegi, & ad certa, ac præfinita capita redegi, ut magis essent in promptu, præterea commentarios confeci, ut pro uirili parte etiam ea, quæ difficilia, & obscura erant, explicarem, & illustrarem.



TITVLI, SIVE
CAPITA.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI


SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber Primus,

C. IVLIVS CAESAR.

Ex Suetonio.

MAGISTRATVS.



SENATORES, & patritij uxorem ducebant etiam ex familia equestri. num. 1.
Prætor in prouincia ius habebat gerendi belli. num. 2.
,, Sed intellige, per legem curiatam.
Antequam magistratus gererent urbanos Romani militare soliti sub prætt. & procoss. ibidem. & num. 3.
Tribuni militum creabantur à Pop. in comitiis per suffragia. nu. 5.
Tribunatus militum præcedebat quæsturam. num. 5.
Tribunitia potestas imminuta à Sylla, & restituta postea enixè per Cæsarem, antequàm esset quæstor. num. 5.
Consulares, & triumphales uiri. num. 4.
Exules reuocabantur à Pop. in comitiis lata rogatione. num. 5.
Senatus quæstionem decernebat de aliquo iudicio. ibidem.
Quæstoribus dabantur sorte prouinciæ. num. 7.
Quæstoribus mandabantur interdum prouincię cum iurisdictione. ibidem.
Prætores, & procoss. in prouinciis circumibant conuentus, ibidē. & forum agebant. ut Cic. lib. 6. ad Att.
Quæstor poterat decedere ante tempus. num. 8.


Coss. conscribunt legiones. num. eodem.
Coss. cũ legionibus ad urbem morantur comprimendæ seditionis causa. ibidem.
Aediles structuris urbem exornabant. num. 10.
ijdem uenationes, ludosq; edebant. ibidem.
Coitio ædilium. Coitio Coss. ibidem.
Eadem coitio ædilium, quæ postea & Coss. ibidem.
S. C. cautum de numero gladiatorum. num. 10.
A parte Tribb. poterat aliquid ferri ad populum, quamuis aliquis dissentiret. num. 10.
Dabatur aliquando extraordinarium imperiũ per plebiscitũ. nu. eo.
Senatus Reges socios, & amicos appellabat honoris causa. num. 11.
Suffragia tributim dinumerabantur.
Tribus ferebant suffragia in creandis pontificibus. num. 13.
Prætura post ędilitatem. num. 14.
Senatus statuit pœnam capitis in coniuratores. num. 14.
Equites Ro. armati præsidij causa circunstabant Capitoliũ. nu. eo.
Prætor uocabat ad disquisitionem populi, quod Senatus non posset pro suo iure aliquid decernere. num. 14.
Prætor rogationem promulgat de transferenda in alium curatione reficiendi Capitolii. num. 15.
,, Curator uiæ Flaminiæ lib. primo. ad Att. Ep. 1.
Tribunus pl. seditiose leges fert aduersus intercessionem collegarum. num. 16.
S. C. summouebãtur, & à prætura, & à tribunatu seditiosi ciues. ibi.
Prætores summoti à magistratu per S. C. non poterãt retinere potestatem. & dicere ius. ibidem.
Prætor habebat lictores. ibidem.
Prætor gerebat prætextam. ibidem.
Prætor summotus magistratu dimittit lictores, & abijcit prætextam num. eodem.
Senatus propter cœtus in urbe factos conuocatur.
Senatus ciues bonos conuocatos in curiam amplis uerbis collaudat. ibidem.
Senatus eos, qui summoti fuerant magistratu, in integrum restituit, priore decreto inducto. ibidem.
Prætor mittit ad capiẽda pignora, & diripiẽdã suppellectilẽ. nu. 17.

Prætor

Domini

FORENSIA


AC IVDICIALIA.



OS mulctandi dote, & hæreditatibus gentilitiis itidem sacerdotio. ibidem num. 1.
Patritii adolescentes gloriæ parandæ causa accusabant uiros insignes consulares, & triumphales, & siqui huiusmodi, aut repetundarum, aut peculatus. num. 4.
,, Vide Cic. lib. 2. de off.
Exercere quæstionem de sicarijs. num. 11.
Sicariorum numero habiti postea, qui sub Sylla proscriptorum capita retulerant, ut pecunias acciperent ex ærario, exceptis ijs, de quibus cautum erat legibus Cornelijs. ibidem.
Crimen perduellionis. num. 12.
Etiam post multos annos licebat alicui diem dicere. ut in iudicio Rabiriano. num. 12.
Iudices in singulos reos sorte duci solebant. num. eodem
Prouocare solebant rei à iudicibus ad pop. ibidem.
Ciuium dannatorum bona publicabantur. num. 14.
Pœna. publicatis bonis aliquē municipiis custodiēdū dare. nu. 14.
Quæstores, qui præerant capitalibus quæstionibus. num. 17.
,, Iidem etiam quæsitores dicti.
Indicibus, qui primi detulissent rem aliquam, publicè erant constituta premia. num. 17.
Index falsi conuictus mulctatus pignoribus captis, & direpta supellectile. ibidem.
Idem coniectus in carcerem à prætore. ibidem.
Quæsitor coniectus in carcerem à prætore, quòd ipsum prætorē, quæ maior est potestas, passus erat apud se compellare. ibidem.
,, Vide diligenter, an quæstor ibi pro quæsitore sumi debeat, nā
,, ego ita existimo omnino.
Publicani, quòd nimis magno conduxissent uectigalia, remissionē petebant. num. 20.
Publicani remissionē petētes tertia mercedū parte releuati sūt. ibi.

Vectigalia

SACRA.



Fasti

Curia

COLONIAE.



LEGES, ET CONSTITVTIONES.

De

MILITARIA.



CONSVETVDINES.

VESTITVS, ET VICTVS.



STVDIA DISCIPLINARVM, ET LITERAE.

STRVCTVRAE.

Comitium, Forum, & Basilica porticibus ornatæ ad tempus extructis a Cæsare, dum esset ædilis. num. 10.
Forum inchoatum a Cæsare de manubiis, cujus area constituit super H S. millies. num. 26.
Vrbes Asiæ, Græciæ, & aliarum prouinciarum Procoss. structuris exornare soliti. num. 28.
Templum Martis ingens construere cogitabat Cæsar. num. 44.
Itidem Theatrum sub Tarpeio monte. ibidem.
Complanare lacum, ubi Naumachia fiebat
Siccare pontinas paludes
Emittere Fucinum lacum. num. 44.
Viam munire a mari supero per Apenini dorsum usq; ad Tiberim.

SEPVLTVRA.

Funus indictum, & rogus extructus in Campo Martio, ubi tumulus erat Iuliæ. nu. 84.
Lectus eburneus, Tropheum cum ueste, in qua fuerat occisus, & munera collata ad rogum. num. 84.
Cantilenæ funebres, & ludi. ibidem.
Laudatio funebris. ibidem.
Lectus defuncti à magistratibus in forum delatus pro rostris. num. 84.
Ornamenta à matronis, & bullæ puerorum, atq; arma a militibus in rogum coniecta. 84.
Circa bustum multi gentes more suo lamentatæ sunt. num. 84.

LVDI, ET LARGITIONES.

Munus populo, & epulum dari solitum in memoriam mortui alicuius. num. 62.
Congiarium uberrimum. num. 27.
Munus gladiatorum. num. 39.
Ludi regionatim editi tota urbe. num. 39.
Histriones adhibiti omnium linguarum. ibidem.
Munere in foro prætorius uir, & senator depugnarunt. ibidem.
Pyrrhica saltata à Bithyniæ principum liberis. ibidem.
Spatium Circi ab utraq; parte productum, & in gyrum euripus additus. ibidem.
Quadrigæ, Bigæ, Equi desultorii agitati nobilissimis iuuenibus. num. 39.
Troia ludi solita a duplici turma altera maiorum, altera minorum puerorum. ibidem.
Venationes editæ per quinq; dies ibidem.
Pugna edita, diuisis in duas acies quingenis peditibus, Elephantis uicenis, tricenis equitibus. ibidem.
Ideò ut laxius pugnarent sublatæ metæ de circo. num. 49.
Metæ in circo erant. ibidem.
Athletæ per triduum certauerunt in campi Martii regione. ibidem.
Nauale proelium editum effosso lacu in morem cochleæ. ibidem.
Biremes, triremes, & quadriremes Tyriæ, & Aegyptiæ pugnarunt. ibidem.

FAMILIAE.

FINIS.

FRANCISCI ROBORTELLI
VTINENSIS.

DE VITA ET VICTV Populi Romani.

SVB IMPP. CAESS. AVGG.
LIBER. II.



C. OCTAV. AVGVSTVS.

EX SVETONIO.





BONONIAE.
APVD ALEXANDRVM BENATIVM.
M D LIX.

TITVLI SIVE CAPITA.

I	Magiſtratus, ac Poteſtates, tàm in urbe, quàm extra urbem.
II	Forenſia, ſeu Iudicialia.
III	Sacra.
IIII	Coloniæ, & Municipia, ſimul & Prouinciæ.
V	Leges, ac Conſtitutiones.
VI	Militaria, & Caſtrenſia.
VII	Mores, & conſuetudines tàm in uictu priuato quàm in publicis negocijs.
VIII	Familiæ, Affinitates, & Cognationes ipſarum. Libertorumq;, & ſeruorum nomina.



MAGISTRATVS, POTESTATESQVE OMNES.

Impp.

Rom. adiretur. ibidem.
Triumphales uiri. ibidem.
Senatorum numerus affluens super mille. num. 35.
Homines indignissimi post necem Cæsaris per gratiam,& pręmium allecti in Senatum. num 35.
Senatores hi à uulgo abortiui dicti. num. 35.
Duæ lectiones Senatorum altera arbitratu ipsorum, altera arbitratu Aug. & Agrippæ. num. eodem.
Lectio Senatorum arbitratu ipsorum,ut uir uirũ legeret. num. eod.
In Senatu Aug. lorica munitus sub ueste,& ferro cinctus. ibidem.
Sedens in Senatu Aug. ob metum decem amicos senatorij ordinis sellam suam habebat circunstantes. num. eodem.
Senatores interdũ non admittebãtur ab Imp. nisi prætentato sinu. ibi.
Quibusdam senatu pulsis ob indignitatem, insigne uestis cõcessum,& ius spectandi in orchestra; & ius publice epulandi. num. eodẽ.
Ius Senatorum spectandi in orchestra. Ibidem.
Ius Senatorum publice epulandi. Ibidem.
Senator, antequam in senatu cõsideret, thure ac mero apud aram supplicabat eius Dei,in cuius templo habebatur senatus. Ibidem.
Institutum ab Aug. ut minore molestia senatoria dignitate Senatores fungerentur, ne plus quàm bis in mense legitimus senatus haberetur. num. eodem.
Calendis scilicet,& idibus. Ibidem.
Item ne Septembri, Octobriue mense alij adesse cogerentur, quàm qui sorte ducti fuissent, per quorum numerum decreta confici possent. num. 35.
Certum numerum senatorum in senatu adesse oportebat, per quæ decreta confici possent. Ibidem.
Instituit Aug. consilia sibi sortiri semestria ex senatoribus, cum quibus ante ageret de referendis negotijs ad Senatum. Ibidem.
Mos rogandi sententias in senatu immutatus, non enim more, neq; ordine rogare cæpit Augustus, sed prout libuisset. num. eodem.
Ratio huius immutationis fuit,ut perinde quisq; animum intenderet, ac si censendum magis,quàm assentiendum esset. Ibidem.
Censere dicebantur Senatores,qui sententiã dicebant in senatu. Ibidẽ.
Assentiri, qui sententiam non dicebant, sed in aliorum ibant sententiam. Ibidem.

Octobri,


fuerant, ex equestri.
Ex Equitibus senatores creabantur. num. eodem. 40.
Cum ex equitibus senatores crearētur, permissum est tamē iis in utro uellent ordine manerent. num. eodem. 40.
E quatuordecim gradibus spectabant ludos equites num. eodem.
Equites metu theatralis pœnæ, quòd attritum patrimonium haberent bello ciuili, non audebant spectare ludos è XIIII. gradibus. n. eo.
Sed cautum lege est, ut quibus, ipsis, parentibusue equester census fuisset unquam, ea pœna non tenerentur. num. eodem.
Census equester. Ibidem.
Pœna Theatralis. Ibidem. ,,, opinor, ex lege Roscia.
Census Po. R. uicatim actus. num. eodem.
Tesseræ ob distributionem frumenti dari plebi solebant. Ibidem.
Ter in annum quaternum mensium tesseræ plebi dabantur. Ibidem.
Sed uetus consuetudo erat, ut suus cuiq; mēsis assignaretur. Ibidem.
Hæc in plebis gratiam reuocata in usum. Ibidem.
Instituta hæc distributio frumentaria per tesseras, ne frumentationum causa à negociis plebs auocaretur. Ibidem.
Comitiorum pristinum ius reductum. Ibidem.
Ambitus multiplici pœna coercitus. Ibidem.
Fabiani, & Scaptienses Tribules Augusti. Ibidem.
Fabia, & Scaptia Tribus.
Suis tribulibus Aug. diuidere solebat singula milia numū à se, ne quid ab aliis candidatis desiderarent. Ibidem.
Candidati tribubus diuidebant à se pecuniam. Ibidem.
Ciuitas Ro. parcissime data, ut incorruptus seruaretur populus ab omni colluuione peregrini, & seruilis sanguinis. num. eodem.
Peregrinis, libertis, ac libertinis si daretur ciuitas, corrumpi putabatur sanguis Po. Ro. Ibidem.
,,, Seruilem sanguinem intellige libertos, ac libertinos, libertinorumq; filios.
Manumittendi modus terminatus. num. eodem.
Cliens græcus Tiberii. num. eodem.
Clienti græco, quamuis petente Tib. negatur ciuitas. Ibidem.
Tributarii quidam ex Gallis. num. eodem.
Tributario Gallo ciuitas negatur. num. eodem.
Immunitas eidem libentius datur. Ibidem.

Facilius

Senatores

IVDICIALIA ET FORENSIA.

SACRA



Non

COLONIAE ET MVNICIPIA: REGIONES ET GENTES.



N Municipales agros milites ueterani mitti præmii ergo' ab Impp. solebant. num. 25.

Aegre' ferentibus municipalibus.

Bononienses antiquitus in clientela Antoniorum fuisse. num. 16.

Aquileiam, Rauennam, Mediolanum usq; ab urbe progressus est Aug. cum per legatos bellũ gereret aduersus Pannonas, & Germanos. num. 20.

Sueui, & Sicambri Germaniæ populi dedentes se Aug. ab eo traducti sunt in Galliam, atq; in proximis Rheno agris collocati. num. 21.

Cantabria.
Aquitania.
Pannonia
Dalmatia.
Illyricum omne.
Rhetia.
Vindelici.
Salassi.

Hæ prouinciæ & gentes ab. Augusto uictæ. num. 21.

Dacorum incursiones repressit.

Germanos ultra Albim summouit fluuium.

Indi & Scythæ per legatos amicitiam ipsius, & Po. Ro. ultro petierunt. num. eodem.

Philippense, Siculum.) ouatio.
Bella confecta ab Augusto. num. 22.

Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum. } Triumphus.

Ex Alexandrino triumpho in urbem inuecta regia gaza rei numariæ tã tam copiã effecit, ut fœnore diminuto, plurimum agrorum preciis accesserit. num. 41.


Rauennæ altera classis collocari solita ad tutelam inferi maris. num. 49.

Miseni altera ad tutelam superi. Ibidem.

COLONIAE ET MVNIC.

De


LEGES



DE Ergastulis recognoscendis num. 32.
Et deinceps omnia usq; ad num. 33.
De stationibus per urbem disponendis ad grassatores inhibendos.
De collegiis nouis tollendis.
De antiquis tantùm, & legitimis retinendis.
De tabulis ueterũ ærarii debitorum cõburẽdis.
De locis in urbe publicis iuris ambigui possessori adiudicandis.
De diuturnorum reorum nominibus abolendis.
Lex, si quem quis reum repetere uellet, par periculũ pœnæ subiret.
Lex de accommodandis actui rerum triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur.
De IIII. decuria iudicum addenda ex ducenariis, unde Decuria Ducenariorum dicta ex censu, qui omnium erat minimus.
De minoribus, ac leuioribus summis, ut iudicaret quarta decuria.
De iudicibus tricesimo ætatis suæ anno allegandis, idest quinquennio maturius, quàm ante.
Vt singulis decuriis per uices annua uacatio esset.
Vt res solitæ agi Nouembri, ac Decembri mense omitterentur.
Lex Cornelia de falso testamento. num. 33.
De Appellationibus urbanorum litigatorum quotannis prætori urbano delegandis.
De appellationibus prouincialium Consularibus uiris, quos singulos cuiusq. prouinciæ negociis præponi erat mos, delegandis. num. eodẽ.
Leges retractantur. num. 44.
Leges ex integro sanciuntur. num. 34.
Leges emendantur, Vide an idem sit retractare. Ibidem.
Lex sumptuaria.
De Adulteriis.
De pudicitia.
De Ambitu. } Ibidem.
De maritandis ordinibus lex proferri non potuit, nisi adempta, & lenita parte pœnarum. num. eodem.

Mos

MILITARIA



OS donandi militaribus donis aliquem post uictoriam. num. 8.

C. Cæsar donauit Octauium donis militaribus cum ageret XVI. annum, etsi nondum attigisset rem militarem.

,, Nam XVII. anno militare incipiebant Ro. Vide Plut. in Gracch.

Cum essent Coss. cum exercitu, proprætor alius mittebatur extra ordinaria potestate data, qui exercitui præesset. num. 10.

Paludamento, equoq; relicto fugere turpe erat Imperatoribus, & Coss.

Honorificum erat si Imp. aliquando militis munere fungeretur, & perempto aquilifero aquilam ipse humeris gestaret. num. 10.

Aquilam humeris subire, diuq; portare. num. 10

Nota ut magnitudinem cognoscas. num. 10.

Aquilifer legionis unius. num. 10.

Perempti in acie ciues humabantur cum hoc elogio; ut dicerentur pro libertate occubuisse. num. 12.

Castris exui. num. 13.

Dux fuso suo cornu ad alterius cornu euadere conatur. num. 13.

Veterani ob eorũ promerita in remp. in municipiis collocabantur. & agros accipiebant uiritim. num. 13.

Gregarii militis nulla dignitas. num. 14.

Gregarius miles pellitur de theatro, cum intra XIIII. ordines sederet. num. 14.

Seruos prius manumissos dabant ad remos, cum bellum nauale esset gerendum. num. 16.

Turpe in ducibus sub tẽpus pugnæ somno deuictis iacere. nu. 16.

Antequam remiges cum classe irent, ad bellum nauale exercebantur hyeme in semoto aliquo loco, & lacu ad id parato. nu. 16.

Seditio militum præmia, & missionem poscentium. Ibidem. num. 16.

Militari opere deterguntur fossæ Nili. num. 18.

Decimare

Dona militaria { Torques, phaleræ. coronæ { murales. uallares.

Inter dona militaria facilius dabantur torques, & phaleræ, & quicquid auro, & argento constabat, quàm coronæ murales, aut uallares, hæ enim honore præcellebant. Ibidem.

Milites caligati. num. eodem.

Mos cœruleo uexillo donandi ducem ob naualem uictoriã. Ibidẽ.

Viris triumphalibus socijs expeditionum dona militaria dari non solebant. Ibidem.

Viri triumphales ius habebant etiam ipsi tribuendi dona militaria etiam, si socii erant expeditionis, non duces. Ibidem.

Vel Sic. Viri triumphales fuerant prætores, & Consules, atq; Imperatores, iusq; habuerant, cum essent prædìti Imperio, dandi dona militaria. Ibidem.

Sagulum militare Centurionis. num. 26.

Centurio reiecto sagulo capulum gladii ostendit. num. eodem.

Tyrocinio suo quisq; solẽni die deducebãtur in forũ Impp. filii. Ibid.

Senatorum filiis militiam auspicantibus non tribunatus modo legionum concessus; sed etiam præfecturæ alarum. num. 38.

Tribunatus legionum. Ibidem.

Præfectura alarum. Ibidem.

Tribunatus leg. inferior præfectura alarum. Ibidem.

Laticlauii Iuuenes bini præpositi singulis alis, nequis esset expers castrorum. num. eodem.

Equitum turmæ frequenter recognosci solebant reducto more trãsuectionis. Ibidem.

Transuectio equitum post longum tempus reducta ab Aug. Ibidẽ.

Ne in transuehendo quisquam detraheretur ab accusatore cautum est. Ibidem.

Mos ante fuerat, ut in transuehendo ab accusatore detraheretur. Ib.

In transuectione solebant singuli equites citari, & uenire ad respondendum. Ibidem.

Si quis eques senio impeditus fuisset, aut alia insigni labe corporis, ei permissum fuit, ut pedibus ueniret ad respondendum, quoties citaretur, præmisso in ordine equo. Ibidem.

Concessum

Concessum est ijs, qui maiores erant XXXV. annis, & retinere equum nollent, ut eum reddere possent. Ibidem.
,, Nam equus erat publicus.
Equites cogebantur suæ uitæ rationem reddere coram Aug. & alijs decem Senatoribus adiutoribus ipsius. num. 39.
Equites improbati alii pœna afficiebantur, alii ignominia notabantur. num. eodem.
Alij admonitione corrigebantur, & ea quidem uaria. Ibidem.
Leuissimum genus admonitionis fuit, traditio pugillarium coram, quos taciti, & ibidem statim legerent. Ibidem.
,, Illis pugillaribus erãt inscriptæ, opinor, leges militares equitũ.
Equites etiam aliqui notabantur, quod pecunias leuioribus usuris mutuati grauiore fœnore collocassent. num. 39.
Milites in theatro dum spectarent secreti à populo. num. 44.
Mos legiones, & auxilia prouinciatim distribuendi. num. 49.
Militares copiæ legiones, & auxilia. Ibidem.
Classis duplex ætate Imp. Aug. altera Miseni ad tutelam superi, altera Rauennæ ad tutelam inferi maris collocari solita. nu. eod.
Militum certus numerus allectus ad custodiam urbis. num. eod.
Itidem ad custodiam corporis Augusti. Ibidem.
Calaguritani milites ad custodiam corporis Aug. allecti usq; ad Antonium deuictum. num. 49.
Germani uero usq; ad cladem Varianã. Ibidem.
Tres cohortes, nec plures in urbe, & eæ sine castris. Ibidem.
Reliquæ omnes in hyberna, & æstiua dimittebantur circa finitima oppida. num. eodem.
Hyberna, & æstiua militum. num. eodem.
Omnes milites ad certam stipendiorum, præmiorumq; formulam redacti. num. eodem.
Definita sunt tempora militiæ, & commoda missionum pro gradu cuiusq;. Ibidem.
Missiones militũ non erant sine commodis pro gradu cuiusq;. Ibid.
Præmia post missionem militibus data, ne ob inopiam solicitari possent ad res nouas. Ibidem.
Aetatis in missionibus est habita ratio, ut uergente ætate milites solicitari ad arma non possent. num. eodem.
Aerarium militare institutum cum uectigalibus nouis, ut perpetui

Mos

MORES ET CONSVETVDINES.



OS inhumata cadauera proiiciendi inimicorum, ut a uolucribus depascerentur. nu. 13.

Mos pellendi gregarios, & plebeios ex XIIII. ordinibus, & gradibus in theatro per apparitorem. num. 14.

,, Demosth. in or. in Midiá ait, dũ aliquis, cui nõ liceret, sederet, nõ potuisse pelli. sed ante; & mulctari solitos præfectos ludorum, si non præcauissent, uide

Mos mulctandi captiuos, ac dedititios ueluti hostias ad aram ultionis causa. num. 15.

Mos manumittendi multa millia seruorum, & dãdi ipsos ad remos, cum bellum nauale erat gerendum. num. 16.

Ludorum circensium solennis pompa. num. 16.

Simulacra Deorum circensibus in pompa circumferebantur. num. eodem.

Mos clientelarum publicarum. num. eodem.

Habita ratio clientelæ publicæ num. eodem.

Ius clientelæ publicæ. num. eodem.

Permissum Bononiensibus ab Aug. ob ius clientelæ, ut Antonij partes sequerentur. num. 17.

Liburnicæ naues.

Psylli uenenum exugebant é uulneribus. Ibidem.

In natalibus alicuius notabantur Coss. hora, locus. num. 5. 23.

Mos, ut locus nutrimentorum Aug. oñderetur, ueluti sacer. nu. 6.

Mos cognomina indendi pueris a' populis uictis a' patre. nu. 7.

Consueuerant ueteres Impp. asseruare imagunculas æreas ueterẽ maiorum inter cubicularia ornamenta. num. 7.

Cognomen testamento assumebatur. num. 7.

Cognomen ex S. C. interdum dabatur. num. 7.

Augusti cognomen quale. Ibidem.

Mos, ut nobiles adolescentes laudarent fœminas defunctas suę gentis. num. 8.

Mos.

Mos pomiliones exhibendi in theatro, quamuis honeste natos ex equitibus. ibidem.
Adolescentulus minor bipedali, librarum septemdecim, ac uocis immensæ. num. eodem
Mos obsides hostium collocandi in theatro, subsellio secundo supra Imp. ibidem.
Arena in theatro. ibidem.
Per mediam arenam inducti obsides ad spectaculum. num. eod.
Mos dandi obsides. num. eodem.
Dies muneris. ibidem.
Mos publicandi ante spectaculorum dies. num. eodem.
Mos nominatim publicandi extra ordinem genus animalium exhibendum in ludis, & quo loco. num. eodem.
Rhinocerotem apud septa.
Tigrim in Scena.
Anguem L. cubitorũ pro comitio.
} hic erat modus publicandi. num. eodem.
Ludi Circenses uotiui. num. eodem.
Mos dedicandi theatra. ibidem.
Theatrum Marcelli dicatum ab Aug. num. eodem.
Ludorum commissio. ibidem.
Spectandi ludos mos confusus, ac solutus, rursus ab Augusto correctus. ibidem.
Iniuria putabatur, siquis senatorem consessu quamlibet frequenti non recepisset. ibidem.
Etiam in municipiis, & coloniis idem spectandi mos, eædem leges, quæ & Romæ. num. eodem.
Vide ubi de Puteolis fit mentio. ibidem.
Mos ante fuit, ut legati sociarum, liberarumq; gentium in orchestra sederent. num. 44.
Postea quam libertini multi legati missi deprehensi sunt, cautum ne in orchestra sederent. num. eodem. 44.
Maximus honos legatis sociarum, & liberarum gentium habebatur Romæ. num. eodem.
Requirebatur in legatis nobilitas. ibidem.
Contenebantur Romæ legati exterarũ gentiũ, si libertini essent. ibi.
Libertini parui fiebant. num. eodem.

In Orchestra sedebant, qui maxima erant dignitate, & Imp. ipse ut puto. ibidem.
Maritis è plebe hic honos habitus in lege theatrali, ut ijs proprij assignarentur ordines. num. eodem.
Prætextatis pueris cuneus suus assignatus, itidem & pædagogis proximus. ibidem.
Mos ut prætextati pueri ducerentur à pædagogis. num. eadem.
Prætextati pueri. ibidem.
Pullati media cauea ne sederent. num. eodem.
Gladiatores olim solenne erat promiscuè spectandi. ibidem.
Sed postea cauit Aug. ne nisi ex superiore loco spectaretur. nu. eo.
Fœminis non licebat immistas uiris spectare ludos. num. eod.
Solis Vestalibus separatim locus in theatro assignatus contra prætoris tribunal. ibidem.
Fœminæ submotæ sunt athletarum spectaculo. ibidem.
Quod si una cum alijs dabantur, non prius ueniebant mulieres, quàm certassent athletæ. ibidem.
Athletæ omnes uidentur dicti, quòd nudi certabant, nam etiam pugiles ne spectarent erat interdictum fœminis. num. eodem.
Postulabant in ludis quod magis spectare cupiebant. ibidem.
Cum athletæ certaturi essent mane edictum est, ante horam quintã in theatrum ne mulieres uenirent. ibidem.
Par pugilum postulatum. num. 44. eodem.
Mos cœnaculorum extruendorum num. 45.
Mos spectandi Circenses etiam ex cœnaculis. ibidem.
Ex cœnaculis amicorum, & libertorum spectabat Aug. nu. eodẽ.
Mos spectandi ludos è puluinari, sedendo cum coniuge, & liberis. num. eodem.
Mos ut Imp. non nisi petita uenia spectaculo abesset. ibidem.
Recedens à spectaculo idem Cæsar commendabat aliquem, qui suam uicem præsidendo fungeretur. num. eodem.
Imp. præsidebat spectaculo, & ludis. num. eodem.
Mos fuit Cæsaris Iulij inter spectandum ludos epistolas, libellosq; legere, ac rescribere ad literas amicorum, uel prætorum, & procoss. num. eodem.
Mos epistolarum, & libellorum dandorum Imperatori. ibidem.

Corollaria.

F Sed

Sed uix recipiebantur. ibidem.

Mos Imp. deprecandi pop. ne aliquid decerneret, genu nitendo, deiecta ab humeris toga, & nudo pectore. num. 52. eodem

Mos sculptores imaginum præclaros nominandi, cum de ipsa imagine fit mentio. num. 50.

Argenteæ statuæ reiectæ ab Imp. & conflatæ in honorem Deorum. num. 52.

Dominum Imp. ueteres solebant appellare. num. 53.

Domini appellatio reiecta ab Aug. tanquam maledictum, & opprobrium. num. eodem.

Mos in theatro acclamandi Imperatori, siquid mimus in recitando protulisset, quod illi competeret. num. 53.

Mos in theatro, ut Imp. manu, & uultu indecoras adulationes populi reiiceret, ac reprimeret. num. 53.

Promiscuæ quædam erant salutationes, in quibus etiam plebem recipiebat Augustus. num. eodem.

Mos salutandi Imp. ibidem.

Mos libellos porrigendi Imp. num. eodem.

Mos, ut Imp. Senatores singulos nominatim salutaret. nu. eodē.

Die senatus nunquam nisi in curia patres salutauit Augustus, & quidem sedentes. ibidem.

Itidē senatu discedens Imp. singulis sedentibus uale dicebat. ibidē.

Mos frequentandi dies amicorum solennes, ut pote sponsalia. num. eodem.

Mos erat in salutando habere aliquem submonentem, nomenclatorem scilicet. num. eodem.

Discedentes in salutando uale dicebant. num. eodem.

Famosi libelli spargi soliti. num. 55.

Imp. forum suum angustius fecit, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. num. 56.

,, Hoc uelim diligenter perpendant nonnulli Italiæ principes,
,, qui tam facile in ducunt in animum, ut priuatorum domos solo
,, æquandas curent, quò fora, & uias latiores faciant, quod etiam
,, esset æquo animo ferendum, si possessoribus precium domorū
,, persoluerent.

Mos, ut Imp. populo filios suos commendaret cum hac clausula, si merebuntur: num. eodem.

Mos

Mos

Calices

Secundarius

Secundarius panis.
Pisciculi minuti.
Caseus bubulus.
Fici uirides biferae.
Duæ buccæ.
Palmulæ.
Duracinæ uuæ acini.
Panis uncia una.
} hoc genere ciborum utebatur Augustus. num. 76.

Vesci consueuerat Augustus ante cœnam, quocunq; tempore, & loco, quo stomachus desiderabat.

In essedo.
In balneo.
In lectica.
} num. eodem.

Mos Augusto fuit, ut demum post horam noctis primam bucceas duas manducaret in balneo, antequam ungeretur statim post lauationem. num. 76.

Mos ungendi se in balneo. num. eodem.

Mos Augusto peculiaris, ut pleno conuiuio sæpe nihil tangeret, post dimissum uero, aut ante initũ cõuiuiũ solus cœnaret. ibidé.

Hæc est Ratio uictus Augusti. num. 77.

Interdiu non temere bibebat. pro potione sumere solitus est panem aqua gelida perfusum, aut cucumeris fructũ, aut lactuculę thyrsũ, aut recens, aridumue pomũ suci uinosi; oris cib. meridianus sumebatur; post meridianũ cibũ uestitus, calceatusq; conquiescebat paulisper. num. 78.

Mos sumendi cibi meridiani. num. eodem.

Mos à cœna se recipiendi in lecticulam lucubratoriam, ubi confici multa solebant, quæ ad actus diurnos pertinebant. num 78.

A lecticula in lectum ibatur. num. eodem.

Mos Augusto peculiaris adhibendi lectores, & fabulatores noctu post interruptum somnum. num. eodem.

Mos extruendi cœnacula. num. 78.

Lectica deportari mos erat per urbem. num. 78.

Mos adhibendi tonsores. num. 79.

Mos radendi barbam. num. eodem.

Statura Augusti breuis V. pedum, & dodrantis. num. eodem.

Digitus salutaris. num. 80.

Mos strigilum ad detergendum in balneo sudorem. num. eodé.


Obseruatum

<table>
<tr><td rowspan="5">Obſerua quo ueſtitu hyeme uti ſolebant Ro. ex Auguſti ueſtitu.</td><td>Tunicæ.</td></tr>
<tr><td>Toga pinguis.</td></tr>
<tr><td>Subuculæ. Thorax laneus.</td></tr>
<tr><td>Fœminalia.</td></tr>
<tr><td>Tibialia. num. eodem</td></tr>
</table>

Petaſatus ſub dio ambulabat. num. eodem.
In ædibus erat periſtylium. num. eodem.
Mos lauandi ſe. } num. eodem.
Mos ungendi. }
Mos perfundendi ſe aqua egelida. num. eodem.
Mos perfundendi ſe aqua ſole concalefacta. ibidem.
Marinis aquis uti mos neruorum cauſa. ibidem.
Item aquis Albulis. ibidem.
Ligneũ quoddã ſolium Hiſpanico uerbo Dureta uocabatur. nu. eo.
Mos exercendi ſe pila, & folliculo. num. 83.
Mos uectandi ſe, & deambulandi. num. eodem.
Mos piſcandi hamo etiam Imp. animi relaxandi cauſa. num. 83.
Mos ludendi nucibus cum pueris minutis. num. eodem
Mauri, & Syri pueri in delitijs erant. num. eodem.
Pumilij, & diſtorti ludibria naturæ, & mali ominis cenſebãtur ab Auguſto, ideo eos abhorrebat. num. 83.
Phonaſco dabatur opera propter pronunciationem. num. 84.
Mos recitandi orationem ſcriptam in ſenatu apud Imp. & apud milites, ne ediſcendo tempus abſumeretur. num. 84.
Mos concionandi ad pop. uoce præconis ob infirmatas fauces. num. 84.
Mulieres etiam ſe in ſcribendo, & dicendo exercere ſolebant, ſequebanturq; optimum loquendi genus. num. 85
Ratio ſcribendi hæc fuit obſeruata à multis, ut nec uerba diuiderẽt, ne ab extrema parte uerſuum abundantes literæ in aliũ transferrentur. num. 87.
Mos ſcribendi per notas, ne reliqui intelligerent, ut b. poneretur pro a. & c. pro b. & ſic deinceps. pro x. autẽ duplex aa. nu. 89.
Romani adoleſcentes olim contubernia inibant Apolloniæ Græcorum philoſophorum. num. 89.
Comœdia uetus ſæpe exhibita publicis ſpectaculis. num. codẽ.
Mos emẽdicãdi ſtipẽ quotãnis die certo ob nocturnũ uiſum. nu. 91.

coloniarum Bouillas usq;. num. 100.
Omnia oppida basilicam habebant. num. eodem.
Cadauer Imp. urbi illatum in uestibulo domus ipsius collocabatur. num. eodem.
In ornando funere,& honoranda memoria Imp. hæc decernere solebat senatus, tum uerò per se erant in more posita.
1 Triumphali porta ut funus duceretur.
2 Præcederet uictoria, quæ erat in curia.
3 Næniam canerent principum liberi utriusq; sexus.
4 Exequiarum die deponerentur anuli aurei.
5 Ferrei anuli sumerentur.
6 Ossa per sacerdotes summorum collegiorum legerentur.
7 De appellatione mensis etiam actum.
8 Vt omne tempus a'natali Augusti usq; ad mortem, seculum Augustum uocaretur.
9 Vt id in fastos referretur.
10 Bifariam laudaretur, tùm pro rostris subueteribus, tùm pro æde diui Iulij.
11 Senatorum humeris deferretur in campum.
12 In Campo cremaretur cadauer.
13 Primores ordinis equestris legerent reliquias tunicati, & discincti pedibus nudis.
14 In Mausoleo conderetur ad id extrùcto.
15 Viri prætorii testimonium cum iureiurando, uidisse se effigiem cremati Imp. euntem in cœlum. num. 100.
16 Templum dicatum. in Tib. num. 40.
Mos cremandi cadauera. num. eodem.
Mos reliquias colligendi,& condendi sepulcro. ibidem.
Mos laudandi Imp. mortuum dum cadauer efferretur, & quidem bis. num. 10. eodem.
Mos, ut proximi quiq; ex consanguineis laudarent. num. eodem.
Mos canendi næniam in funere. ibidem.
Mos publicandi syluas, & ambulationes in usum populi circa Mausolea. num. eodem.

FAMILIAE.



GENS Octauia Velitris oriunda cat. 22. nu. 1.
Octauia gens a' Tarquinio Prisco allecta in Senatum, mox a' Seruio Tullio traducta in patritias. 22. num. 2.
,, Ego ambigo, quomodo allecta primum in senatũ, mox dicatur inter patritias cõstituta.
Familiæ interdum ex patritiatu procedente tempore labebantur ad plebem. ibidem.

C. Octauius Rufus uir quæstorius.


Cn.	C.
Ab hoc prognati functi sunt summis honoribus, & senatores.	Ab hoc prognati fuerunt equites. seu fortuna, seu uoluntate.

In familiis notabant, qui primus magistratum suffragio populi cæpisset. ibidem.
Item honores militares notabant, ut proauus Aug. sub Aemylio Papo Imp. tribunus militũ stipendia fecit in Sicilia. ibidem.
Item municipales honores notabantur.
Item si quis ex aliqua familia ex municipiis Romæ magistratus gessissent, poterãt eius filij ad municipia redire, ut proauus Aug. qui Romæ tribunus militũ fuit, auus postea ipsius Aug. in municipio permansit contentus honoribus municipalibus.
Insigne erat, & honorificum familia equestri, & uetere nasci. nu. 2.
Ex equestribus familijs senatores deligebantur, & signabantur qui primi in qua familia fuissent electi.
In familiis exprobrabantur proaui libertini. num. 2. ibidem.
,, Horatius libertino patre natus. uide in satyris
,, Quem rodunt omnes libertino patre natum.
In familiis probro dabatur, si quis diuisor fuisset. num. 3.
In familia Augusto exprobratur auus argentarius. num. 3.

Octauia { maior. minor. } num. 4.

Senatorias

Senatorias imagines in familia aliquis habebat.
Accius Balbus ex Aricia oriundus, senatoria familia Romæ ortus. num. 4.
Exprobratur Augusto, quod Afri generis proauus matris ex Acciorum familia esset. num. 4.
Et quod unguētariā tabernā Ariciæ, & pistrinum exercuisset. nu. 4.
Sæpe aliquis adoptatus cognomen accipiebat eius, a quo fuisset adoptatus ex testamento. num. 7.
Cognomina in senatu indi solita Imperatoribus ex sententia alicuius. num. 7.
Martius Philippus uitricus Augusti. num. 9.
Aliquis erat patritius, needum tamen senator. num. 10.
De XIIII. gradibus in theatro assignatis patritijs, & equitibus, in his plebis sedere non licebat. num. 25.
In clientela alicuius gentis patritiæ solebant esse ciuitates. nu. 16.
Libertini cōtēnebantur, si legati uenirent ab exteris gētibus. nu. 44.
P. Seruilii Isaurici filia uxor Augusto adolescenti adhuc despondetur. num. 62.
Claudia filia P. Clodij ex Fuluia priuigna M. Antonii triumuiri. num. eodem.
Ea nupsit Augusto post primam discordiam, cum Antonio esset reconciliatus. ibidem.
Claudia ea uix dum nubilis. ibidem.
Fuluia socrus Augusti.
Intactam, & uirginem Fuluiæ filiam dimisit Augustus, & discordia exorta cum Fuluia socru. num. eodē.
Scribonia ante duobus consularibus nupta, & ex altero mater. num. eodem.
Hanc dimisit Augustus ob morū peruersitatem. num. eodē.
Liuia Drusilla postremo nupsit Augusto. num. eodē.
Ea, & quidē prægnās, matrimonio Ti. Neronis abducta. nu. eod.
Hæc Augusto chara fuit, & probata unice. ibidem.
Liuiæ prægnantis abductæ a priore uiro nimium festinatas nuptias reprehensas fuisse, & obiectas Aug. ab inimicis. num. 69.
Scribonia uxor cur dimissa ab Aug. aduersarii protulerunt, quod scilicet pellicis potentiam nimiam liberius doluisset. num. 69.



C. IVLIVS CÆSAR.
IVLIA SOROR CÆS.
M. ACCIVS BALBVS.
ACCIA
C. OCTAVIVS
ANCHARIA.
SERVILIA
OCTAVIA MAIOR
CLAVDIVS MARCELLVS.
OCTAVIA MINOR.
C. OCTAVIVS CÆSAR AVG.
LIVIA.
TI. NERO
CLAVDIA
SCRIBONIA
MARCELLA MAIOR.
MARCELLA MINOR
MARCELLVS.
IVLIA.
M. AGRIPPA
POMPONIA.
AGRIPPINA.
TI. CLAV. NERO CÆSAR.
IVLIA
DRVSVS
ANTONIA IVNIOR.
AGRIPPA.
DRVSVS.
LIVILLA
L. PAVLVS CENS. F.
IVLIA.
CAIVS.
LVCIVS.
AGRIPPINA.
GERMANICVS.
CLAVDIVS IMPER.
LIVILLA
CN. DOMITIVS.
AGRIPPINA
NERO IMPER.
DRVSILLA
NERO
C. CÆSAR CALIGVLA IMP.
DRVSVS
LIVILLA

Polybius

Polybius. } Liberti Augusti. num. 101.
Hilarion
L. Antonius triumuiri frater. num. 9.
Brutum Cassiumq; } Obserua, quam mos obtinuit, ut hæc
Hircium, & Pansam } nomina proferrentur. alterius scilicet cognomen, alterius uero gẽtile.
A. Hircius. num. 68.
,, Nota ut in hoc apponatur prænomẽ, in altero sæpe non addatur, sed sine eo proferatur.
D. Brutus. num. 10.
M. Fauonius Catonis ille æmulus. num. 13.
C. Sosius } Coss. num. 16.
T. Domitius
Aemylius Paulus. num. 16.
Antonius iuuenis maior de duobus è Fuluia genitis. num. 17.
Varronis Murænæ. } Nota hæc cognomina quomodo iungãtur. num. 19.
Fannii Cepionis.
Et rursus hoc nomen gentile cum cognomine non suo.
Plautius Rufus. num. eodem. 19.
L. Paulus progener Augusti.
L. Andasius. num. eodem
M. Crassus } Nota etiam in his usum proferendi, ut ante.
M. Antonius
Themasinus Epicadus ex gente parthica hybrida. num. 19.
,, Hybridam etiam quendam uocat Horatius.
Telephus seruus nomenclator. num. eodem.
,, Horatius L. primo Ep. nil admirari.
,, Mercemur seruum, qui dictet nomina.
Quintilius Varus. num. 23.
Caius, & Lucius filij Augusti. num. 26. 65. 67.
T. Iunius Philopœmen. num. 27.
Liberti nomen, in quo obserua, nam patronum habuit T. Iunium, unde & ipse ita dictus, postquam liber est factus; cognomen uero seruile retentum est.
Sic etiam Licinius Enceladus. num. 67.
Pinarius eques Ro. num. eodem.

Q. Gallus prætor	num. eodem.
Tedius Afer Cos. designatus.	um. eodem.
L. Cornificius. Asinius Pollio. Munatius Plancus. Cornelius Balbus. Statilius Taurus. M. Agrippa.	num. eodem
Eserninus nepos Asinii Pollionis.	num. 43.
C. Nonius Asprenas.	
Torquati cognomen unde.	num. eodem.
Hylas Pantomimus. Stephanio Togatarius.	Nomina histrionum, & cognomina a genere comœdiarũ desumpta. n. 45.
Pylades nomen histrionis.	num. eodem.
Valerius Messala Senator.	num. 58.
Iunius Nouatus. Cassius Patauinus e plebe.	num. 51.
Dioscorides nomen sculptoris.	num. 50.
Antistius Labeo Senator.	num. 54.
Gallus Tertinius Senator.	num. 53.
Gallus cognomen est, Tertinius gentile nomen.	

DE BELLIS EXTERNIS AB Augusto confectis.

I. Dalmaticum. de quo Suetonius num. 20. L. Florus Illyricos nominat. ubi uulnus accepisse Augustũ scribit. Vide lib. 4. cap. 12. nam etiam Suetonius in Dalmatico de eodem Aug. uulnere loquitur, itidem de ponte, de quo etiam Florus ibidem. Sed ipse Florus eodẽ capite aliquanto post de Dalmatis loquens, ipsorum urbem metropolin Delminium uocat.

II. Bellum Dacicum. de Dacis, qui nunc Transyluani uocantur. Vide Dionem lib. 51. pag. 311. ubi narrat triumphum Aug. post Actiacam uictoriã Dacia desciuit postea, sed uicta rursus a Traiano, Dion in Traiano. & Sex. Rufus in sua Epitome, his uerbis, Traianus Dacos sub rege Decebalo uicit, & Daciam trans Danubium prouinciam fecit, quæ in circuitu habuit decies centena millia passuum. Sed sub Galieno Imp. amissa, & per Aurelianum

deinde recepta. Idem ibidem. Duæ Daciæ, & Mœsiæ factæ sunt, sic enim legendum. in diuisione Illyrici ibidem obserua XVII. prouincias. Pannoniorum duas. Noricorum duas. Valeriam prope Drauum, sed cis. Sauiam cis Drauũ, & inter Drauum, & Sauũ. Seruiliam. Dalmatiam. Mœsiam. Dacias duas. est omnino mancus ibi contextus Rufi. Mœsia inferior, Bulgaria nunc dicitur trans Danubium. Mœsia superior cis Danubium, & Sauum. nũc Seruia. Bubalia inter Drauum, & Sauum. Dardania, Regnũ Bosinæ, cis Sauum. Pannonia Amantina, uel Sirmiensis. Pannonia Interãnensis inter Drauum, & Sauum. Dacia Ripensis. Dacia alpestris. hanc ego diuisionem ex recentioribus, qui periti regionum illarum sunt, & ipsas descripserunt, conferens singula cũ antiquis, apposui. Sed quid Illyricum sit declarat Suetonius in Tiberio Cæsare num. 16. his uerbis. Toto Illyrico, quod intra Italiam, regnumq; Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interq; Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet. Vide App. in Illyrico, & Rufum in Epitome cap. de prouinciis à Traiano uictis.

III. Bellum Cantabricum. Hinc Horatius lib. 3. odarum. Cantaber sera domitus cathena. Vide L. Florum lib. 4. cap. eodem. In Hispania duæ ualidissimæ gentes immunes imperii agitabant, Cantabri, & Astures. Cantabris altior, & magis pertinax animus, qui non contenti libertatem suam defendere, etiam proximis imperare tentabãt. hoc bellum est ab Agrippa, & Antistio legatis confectum, cum ipse Imp. Tarracone hybernaret.

IIII. Bellum gestum contra Rhetos, Vindelicos, ac Salassos gentes alpinas. Rheti nunc Grisones dicuntur. Vindelici his finitimi sunt. Salassi supra Augustam prætoriam. hoc bellum confectum à Druso Tiberii fratre. Vide Liuium in Epitome extremorum librorum. & Horatius lib. 4. od. de eo meminit. Videre Rheti bella sub alpibus Drusum gerentem. itidem Velleius in post. uolumine, pag. 122. & Sex. Rufus in Epit. pagella 443. in Gryphianis. Quas gentes uicerit Augustus, refert etiam Verg. lib. 8.

V. Bellum contra Germanos gestum, auspiciis Augusti, à Druso gestum priuigno ipsius. Liu. in epit. postremorũ librorũ. Velleius autẽ sic. Germanicũ bellũ gessit Drusus, sed in medio cursu obijt. Tiberius igitur confecit. pag. 124. in post. uolumine. ibidem hæc sunt uerba. atq; sic eam perdomuit, ut in formam pene stipendiariæ

riæ redigeret. Scythæ miserunt legatos, & Sarmatæ amicitiã petentes. L. Florus lib. 4. etiam Indi. ibidem. & Liuius in Epit. lib. 139. & Orosius lib. 6. cap. 20. nam Tarraconem usq; profecti sunt, ubi tunc erat Augustus.

DE TEMPLO AEDIFICATO, AC dicato Herculi, & Musis.

Quid commune dicat aliquis Herculi cum Musis? Ego nunc ex Platone tantùm recitatis uerbis, omittens alia, quæ dici possent, locũ declaro. Plato igitur lib. 3. de rep. ait duas esse artes, quarũ altera corpus, altera animus excolitur. illam μουσικὴν uocat, hanc γυμναστικήν. Solet enim Plato hoc nomine uocare omnem disciplinam, quæ literis continentur, paulò post ἵνα τῇ μὲν τὸ σῶμα θεραπεύοιεν, τῇ δὲ τὴν ψυχήν. paulò post. κινδυνεύουσιν αὖ οἱ γυμναστικῇ ἀκράτῳ χρησάμενοι, ἀγριώτεροι τοῦ δέοντος ἀποβαίνουσιν, οἱ δὲ μουσικῇ μαλακώτεροι.

DE ARTIFICIO, QVO VSVS EST SVEtonius in scribenda historia Impp.

Suetonius uitam Impp. cõscripsit, & singulas ipsorum actiones persecutus est narrando, quod scribendi genus etiam Plutarchus secutus est, & alii permulti, differt autem ab annalibus; Nam qui annales scribunt, annos persequuntur singulos, ut Liuius, & Tacitus ex consulibus Romanis. Quare illius historiæ annales uocantur, & si nonnulli aliter senserunt; quæ appellationes, & si ratione non carent, mihi tamen non satis probantur. Qui uerò uitam scribit alicuius, quam ineat rationem scribendi, ipse Suetonius docet in Augusti uita, num. 9. his uerbis. proposita uitæ eius, ueluti sũma, partes singillatim neq; per tẽpora, sed per species exequar, quò distinctius demõstrari, cognosciq; possint. Videri potest descriptio hæc laudationi similis, hoc uno excepto, quòd historicè hic agitur, illic autem (quod oratorum est proprium) enthymematicè. ut Aristoteles docuit lib. Rh. 1. & libro. 3. ubi de narratione in genere demõstratiuo loquitur. ἐν τῷ μὲν σώφρων, ἐν τῷ δὲ δίκαιος. uide reliqua. Hunc oratorium ordinem sequitur Suetonius, & si enthymematicè nõ loquitur, sed narrat tantùm, ut solent historici.

storici. Verba ipsius hæc sunt, quæ rem satis demonstrant. Clementiæ multa signa dedit. &c. Subijcit enim omnes actiones ad id genus spectantes, & enumerat ea, quæ clementem illum fuisse demonstrant, sed adhuc magis explico seriem illam in narrando, & demonstro artificium, quo mihi uidetur constare. Quoniam ætas est aut puerilis, aut prouectior, & puerilis prior, genus, indolem, pueritiæq; cursum omnem narrat, mox res ab eo gestas, cum esset prouectior. Res autem gestæ necesse est aut foris sint, aut domi; si foris, bella, quę aut ciuilia sunt, aut externa. bella ciuilia in Aug. narrantur à num. 10. usq; ad 20. Bella externa à num. 20. usq; ad 24. & quoniam bella foris geri non possunt sine rei militaris peritia, instituta, ac disciplinam omnem illius militarem explicat. Et quoniam res domi geri non possunt, nisi cum potestate aliqua, magistratus enumerat, & sacerdotia. Et quoniam qui magistratus gerunt, in primis ius dicunt, & leges sanciunt, leges ab eo tùm correctas, tùm latas recenset, & iurisdictionem persequitur. Et quoniam administratio reip. duplex, aut urbana, aut prouincialis. de prouinciarum administrandarum ratione, & distributione ab eo facta loquitur, Et quoniam utraq; administratio eget copiis, & præsidiis militum, de legionibus, de classibus, & numero legionum, & nauium agit. Et quoniam omnis, qui publicam gerit personam cum laude, honoribus affici solet, magniq; refert, qualibus quisq; moribus præditus sit in publicis rebus gerendis, de honoribus, & honorificis ipsius cognominibus, & appellationibus loquitur. atq; de moribus simul agit perspectis in uita publica. Postremò uitam interiorē, & priuatam explicat, ac mortē eaq;, quæ mortē præcesserunt, & consecuta sunt.

FINIS.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber Tertius.

TI. CLAVDIVS CAESAR.

Ex Suetonio.




BONONIAE,

Ex Typographia Io. Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI SIVE
CAPITA.


MAGISTRATVS.



ITVS Tatius consors Romuli in Regno. numero. primo.
Patres cooptabant in patritios aliquem. ibidē.
Decemuir legibus scribendis. num. 2.
Plebs secessit à patribus. num. 2.
Senatus iubebat Cos. dicere dictatorem. nu. 2.
Ilicias nomen uiatoris. num. 2.
Optimates, assertoresq; dignitatis potentiæ patritiorum. ibidem.
Magisterium equitum. num. 3.
Censores tribus notabant nomine leuitatis. num. 3.
Proprætor in Gallia prouincia. num. 3.
Senatus patroni. num. eodem.
Præpositus classi. num. 4.
Insignia retenta ultra iustum tempus à prætore. num. 4.
Prohiberi usu fascium solitus, qui ultra tempus iustum ipsos retineret. num. eodem.
S. C. publicari solita simulacra num. 5.
In fastos, & acta publica referebantur consulatus, & dies natalis Impp. num. 5.
M. Gallius Senator. num. 6.
Principatus initium. num. 7.
Ciuilium officiorum rudimenta in causis agendis. num. 8.
Ad Senatum afflictæ ciuitates confugiebant. num. 8.
Cura annonæ. num. eodem
Cura repurgandorum ergastulorum. num. eodem
Ius Imperatorum, & eorum qui bellum gerebant restituere regnū Regibus, & imponendi diadema pro tribunali. num. 9.
Rector comatæ Galliæ. num. eodem.
Dedititij. num. eodem.
Ornamenta triumphalia dari solita honoris causa. num. eodem.
Magistratus maturius inchoari soliti ab Impp. num. eodem.
Ordo magistratuum quæstura, prætura, consulatus, & interposito tempore rursus consulatus alter, postremo tribunatus plebis, seu

Regna

IVDICIALIA
AC FORENSIA.



Peculium

Mos

SACRA.




Ineunte

Arelate,

COLONIAE,

ET MVNICIPIA.



RELATE, & Narbona coloniæ quo tempore, & a quo deductæ. num. 4.

Laodiceni. } terræmotu afflicti opem
Chii. } implorabant ab Imp.
Thyatireni. } num. 8.

Cantabrica expeditio. num. 9.

Armeniæ regnum restitutum Tigrani.

Comatam Galliam anno uno rexit Tiberius, ut tueretur ab incursionibus Barbarorum, ac sedaret discordias principum. nu. eodē.

Rheticum. }
Vindelicum. }
Pannonicum. } Bella gessit. num. eodem.
Germanicum. }

Illyricum. num. 16.

Hostia. }
Ora Campaniæ. } num. 11.

Rhodus insula magna amœnitate, & salubritate.

Cappadocia erepta Archelao Regi redacta in formam prouinciæ. num. num. 37.

Mœsia a Dacis, & Sarmatis. }
Armenia a Parthis. } occupatæ ac uastatæ
Gallia a Germanis. } num. 41.

Syria prouincia. 42.

Lex

LEGES.



Lex per consules lata, ut Tib. Claudius cum Augusto communiter prouincias administraret. num. 21.

Itidem, ut censum ageret, } ibidem.
Et lustrum conderet. }

S. C. per discessionem. num. 31

Edicto prohibita oscula quotidiana. num. 34.


Item edicto prohibitum, ne strenarum cōmercium exerceretur ultra Cal. Ianuarias. num. 34.

Permissum propinquis, ut more maiorum, de communi sententia coercerent prostratæ pudicitiæ matronas. num. 35.

De repurgandis tota Italia ergastulis, quorum domini in inuidiam uenerant. Vide reliqua. num. 9.

Auspicia

MILITARIA
ET CASTRENSIA.



AVSPICIA ex pastu pullorum ante prælium. num. 2.
Ex Ducis hostium cæsi notum cognomen partum. num. 3.
Serui ad pileũ uocari soliti, ut liberi postquam essent, dare nomina possent. num. 4.
Sacramenti metus multos ad latebras compellebat. num. 8.
Stipendia prima quo tempore fieri solita notabant ueteres. nu. 9.
Stipendia prima tribunus militum fecit Imp. Tiberius adhuc adolescens. num. 9.
Pro suo iure qui bellum confecerant, etiam potestatem habebant regna restituendi, & reges declarandi, siue diadema pro tribunali imponendi. num. 9.
Recipere signa ab hostibus ante adempta Ro. erat perhonorificum. num. 9.
Signa adempta hostibus seruari solita. ibidem.
Duces tùm primũ ornamentis triumphalibus ornari ceperũt. ibid.
Dedititii erant in potestate Imp. qui eos uicerat, & poterat eos traducere habitatum, quo uellet. Ibidem.
Ornamenta triumphalia, nouus honor nulli ante tribus. ibidem.
Centuriones beneficii sui. num. 12.
,, Hi Beneficiarij olim dicebantur. extat in Hetruria in ciuitate
,, quæ uulgo dicitur Burgi S. Sepulcri in ditione Florentinorum
,, Ducis, talis inscriptio, quam ad me, dum hæc imprimerentur,
,, misit eruditissimus uir Hieronymus Magius, quem ego multis
,, de causis plurimi facio; in ædicula Diui Martini.

L. D. M.

D. M.
Q. VOLCACIO Q. F.
CELERI. MILITI
COH. VIIII. PR.
BENEFICIARIO
TRIBVNI. > . ATTICI.
MILITAVIT ANNIS VI.
VIXIT ANNIS. XXV.

MORES, ET CONSVETVDINES TVM publicæ tum priuatæ.

VESTITVS.



MOS, adolescentes ut sumerent uirilē togā, nu. 7
Deposito patrio habitu, sumpsit Tiberius Rhodi, quo secesserat uiuente uitrico Augusto, pallium; & crepidas. num. 13.
Patres suos filios deducebant in forum. nu. 15.
,, Hoc idem est, quod ante, uirilē togam dare.
Anulum eximere solebat sibi ex digito, cum non longe' abesset a' morte Imp. & ei tradere, quem sibi succedere in Imperio statuerat. num. 73.

LVDI.

Munus gladiatorium datum in memoriam patris mortui. itidem alterum in memoriam aui diuersis locis, ac temporibus. nu. 7.
Itidem de Gladiatorio munere in honorem mortui. num. 37.
Etiam absentes ludos dabant pop. Romæ magna cū impēsa. ibid.
Ludi Actiaci. num. 6.
Præsidere ludis solebant Impp. filij adolescentes. ibidem.
Itidem ductores esse turmæ puerorum. num. eodem.
Mos edendi spectacula, & hoc non tantum licebat Imp. sed etiam alijs. num. 47.
Rudiarii Gladiatores. num. 7.
Rudiarij gladiatores reuocabantur interdum grandi authoramento. ibidem.
Authoramentum C. millium. ibidem.
Mos dandi populo publicē prandium pluribus mensis, interdum mille. num. 20.

Itidem congiarium, uiritim tricenos, denos, uicenos, aut plures numos. ibidem.

SCHOLAE.

Rhodi scholæ erant, & auditoria num. 11.
Anti sophistæ cum iurgio inter se disceptabant. ibidem.

STRVCTVRAE.

Impp. solebant Romæ magnifica opera facere. Templa restituere. Theatra exædificare. } num. 47.

VICTVS, CONVIVIA, ET DONA.

Signum parsimoniæ, in cœnis solennibus apponere pridiana obsonia, & semesa. num. 34.
Vasa Corinthia magni fiebant. ibidem.
Nani uoluptatis causa mensis adhiberi solita ab Imp. num. 61.
Mulli etiam. ibidem.
Quotidiana oscula prohibitá. ibidem.
Itidem strenarum commercium, præterquàm calẽdis Ian. ibidem.
Impp. strenam dabant. ibidem.
Comites aulicos secum peregrinãtes distribuebant olim in classes, ac pro dignitate cuiusq; pecunia dabatur. num. 46.
Salarium non dabatur, sed cibaria tantum. num. 46.
Conuictores graculi uitio dantur Imp. num. 56.
Esse in contubernio Imp. ibidem.
Remoueri à contubernio Imp. ibidem.
Mos priuata scribendi commentaria breuia de sua uita. num. 61.

ITER.

Cum Imp. iter faceret, præibat explorator uiæ. num. 60.
Et quidem hoc munus Centurioni primarum cohortium demandatum. ibidem.
Mos, ut Imp. interdum lectica ueheretur. ibidem.

NVPTIAE.

Mos dimittendi uxores secum non bene congruentes. nu. 7.

Grauidas

Grauidas etiam dimittebant num. 7.
Diuortium. ibidem.
Mulieres ob adulteria, & libidines dimittebantur. num. 11.
Repudium missum a socero nomine generi. ibidem.
Amittebant dotem. ibidem.
,, Hoc elice ex illis uerbis, orás, ut quicquid dono dedisset, utcunq; meritæ uellet concedere. ibidem
Notatus, qui uxorem sortitione duxisset, & postridie dimiserat. num. 35.

SEPVLTVRA.

In externa regione mortui fratris, honoris ergo, Tiberius etsi nondũ Imp. prægrediebatur pedibus corpus toto itinere Romam usq;. num. 7.
Corpus Imp. Romam per milites defertur, & publico funere crematur. num. 75.

SALVTATIO.


Mos, ut uenirent, honoris ergo, salutatum Imp. etiam ex longinquis locis. num. 12.
Venienti Imp. prodibant obuiam Ro. num. 72.
Imperator interdum prodeuntes obuiam sibi submouebat. ibidẽ.

TRIVMPHVS.

Mos in triumphis Imp. ut filii, aut nepotes impuberes insiderent in equis, alter quidem in sinisteriore funali, alter in dexteriore. num. 6.
,, Quod in ueterum numismatis sæpe spectatur.

Claudia

FAMILIAE



LAVDIA gens } patritia. plebeia.

Claudia gens plebeia nec dignitate, nec potētia minor, quàm patria. ibidem.

Familiæ in patritios à patribus cooptabantur.

Claudiæ gentis princeps Ap. Claudius. ibidem.

Claudia gens VI. anno post Reges exactos in urbem commigrauit. ibidem.

Familiæ uarijs prænominib. ac cognominib. distinguebantur. ibid.

Prænomen L. consensu gentis totius repudiatum. ibidem.

Repudiabantur prænomina à gēte aliqua, si quando aliquis eo prænomine uocatus aliquod scelus patrasset.

Nero cognomen Claudiæ gentis. ibidem.

In gentibus, ac familiis mos fuit enumerare magistratus, honoresq; omnes, ac triumphos. ibidem.

Gentiles duo. ibidem.

In Gente Claudia XXVIII. consulatus. V. Dictaturæ. VII. Censuræ. VI. Triumphi. II. ouationes.

In familiis numerus magistratuum, & honorum notari solebat. ibid.

Clientes gentis, & familiæ alicuius. ibidem.

Familiæ Claudię in urbem Ro. uenienti locus publicè ad sepulturam datus sub Capitolio. ibidem.

Patronus Senatus dictus cognomētò unus ex gente Claudia, Quis, & Cur. num. 3.

L. Clodius ex Claudia gente sęse in adoptionem dedit plebeio homini, atq; etiam natu minori. num. 2.

Liuiorum familia. num. 3.

Liuiorum familia plebeia. ibidem.

In familia Liuiorum consulatus VIII. Censuræ. II triumphi. III. Dictatura. I. Magisterium equitum. I. ibidem.

Salinator. } Drusus. } cognomina Liuiorum familiæ. ibidem.

Cognomina etiam ad posteros transeunt. ibidem.

Ordo

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber Quartus.

C. CAESAR CALIGVLA.

Ex Suetonio.



BONONIAE,
Ex Typographia Io Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI SIVE CAPITA.

I Magistratus, ac Potestates, tàm in urbe, quàm extra urbem.

II Forensia, seu Iudicialia.

III Sacra.

IIII Coloniæ, & Municipia, simul & prouinciæ.

V Leges, ac Constitutiones.

VI Militaria, & Castrensia.

VII Mores, & consuetudines tàm in uictu priuato, quàm in publicis negocijs.

VIII Familiæ, Affinitates, & cognationes ipsarũ. Libertorumq́;, & seruorum nomina.

MAGISTRATVS.



MPP. ætate licebat magiſtratus ante tempus lege annali præſcriptum gerere. num. 1.
Itidem Conſulatum poſt queſturam præterita ædilitate, & prætura. num. eodem.
Quæſtura data quinquennio ante. ibidem.
Syriæ præpoſitus. num. 2.
Senatus habebat poteſtatem dánnandi aliquem capite. num. 2.
Impp. filii cauſas orare ſoliti, etiam ſi eſſent triumphales. num. 3.
Triumphales uiri. ibidem.
Sine lictoribus mos adeundi liberas, & fœderatas urbes. num. 3.
Senatus iudicabat aliquem hoſtem. num. 7.
Actorum authoritas. num. 8.
Actorum, & publici inſtrumenti authoritas. ibidem
Conſenſu ſenatus, & turbæ irrumpentis in curiam imperiũ permittitur nouo Cæſari. ibidem.
Eques Ro. adhuc, & ex equite Coſ. factus Claudius. num. 15.
Princeps Iuuentutis filius Imp. dici ſolitus honoris ergo. num. 15.
Conſulum relationes fiebant cum hac præfatione. Quod bonum, felixq; ſit Imp. ibidem.
Rationes Imperij ab Impp. ſcribi ſolitæ, & proponi, ac publicari num. 16.
Magiſtratibus data libera iurisdictio, & ſine appellatione Imp. nu. 16
Equites recognoſcendi mos. ibidem.
Equitibus adimebatur equus, quibus ineſſet aliquid probri, aut ignominiæ. ibidem
Siqui equites minori culpa tenerentur; nomina tantum eorum in recitatione præteribantur. ibidem.
Sub Caligula actum de reuocando priſtino mare comitiorum, & de reddendis populo ſuffragiis. ibidem

Consulatus Caligulę IIII. fuerunt.
- Primus ex Cal. Ian. per II. menses.
- Alter ex cal. Ian. per XXX. dies.
- Tertius usq; in Idus Ianuarii.
- Quartus usq; in VII. idus easdem.

Tertium consulatum iniit Lugduni solus, quod nō licebat. nu. 17.
Non enim resciuerat sub ipsum calendarum diem collegā perijsse.
Cogitauit de sumendo diademate. num. 22.
Itidem speciem Imperii in formam regni conuertere. ibidem.
Imperatoria dignitas omnium maxima. ibidem.
Successor Imperii. num. 23.
Coss. solebant edicere de Natali Imp. num. 26.
Quæstor Imperatoris. ibidem.
Coss. Impp. ætati senatum conuocabant in curiam Iuliam. nu. 60.
Cogitatum est de abolenda Cæsarum memoria, & templis diruendis odio Caligulæ. ibidem.
Rescindenti

IVDICIALIA AC FORENSIA.



RESCINDENTI sua decreta, & uexāti suas clientelas Imperator ob leuitatem nullum supplicium irrogauit. num. 3.

Veneficiis, ac deuotionibus se impugnanti Germanicus (adeò lenis ab initio fuit) non aliam irrogauit pœnam; præter hanc, quòd more maiorum renūciauit ei amicitiam, & domesticis ultionem mandauit, si quid sibi accideret. num. 3.

Iustitium. num. 3.

In crucem actus libertus. num. 16.

Spintriæ urbe summotæ. num. 16.

Scripta multorum S. C. abolita. ibidem.

Adimere equum, pœna equitibus irrogari solita. ibidem.

Ducentesima auctionum Italiæ remissa. ibidem.

Mulieri libertinæ, quòd excruciata grauissimis tormentis de subere patroni reticuerat, octoginta H S. donauit. num. 16.

Si quibus regna restituebantur, mos etiam fuit restituere fructum omnem uectigaliorum, & redditu um medii temporis. ibidem.

Coss. abrogatus magistratus, quòd obliti fuerant de natali Imp. edicere. num. 26

Quæstor suspectus coniurationis, tantùm quia nominatus fuerat, flagellari iussus. ibidem.

Deformati multi prius stigmatum notis damnati ad metalla.

Pœnæ:
- Damnari ad metalla.
- Damnari ad munitiones uiarum.
- Quadrupedem more belluarum cauea includere.
- Medios serra secare.
- Verberatum, & infulatum uerberari, ac præcipitari ex aggere. num. 26.
- Graphiis confodi, ac lacerari. num. 26.

Prætorianæ

MILITARIA
ET CASTRENSIA.



Ad

Lapidatio

SACRA.



LAPIDATIO templorum.
Subuersæ aræ Deorum.
Lares familiares in publicum abiecti.
Indicia mortis Germanici ante, & post. nu. 5.
Per festos Decembris dies luctus publicus inhiberi solebat. num. 6.
Aræ inscribebantur ad indicandum locum, ubi natus esset Imperator.

OB AGRIPPINAE PVERPERIVM.

Augur in locum fratris destinatus, priusquam inauguraretur ad põtificatum traductus Caligula. num. 12.
Augures inaugurari solebant. ibidem.
Effigiem aliquam uiri, aut mulieris habitu alicuius Dei, aut Deæ dicare solebant ueteres. num. 7.
Romam ex proximis oppidis transferri cineres soliti, & condi in urnis. num. 15.
Ferculis cineres deportabãtur in urbẽ frequenti, & medio die. ibid.
Mausoleo deinde inferebantur. ibidem
Inferiæ quoq; annua religione institutæ. ibidem.
Nauibus subuecti Romam cineres matris & fratris Imp. ibidem
In illis nauibus infixum in puppe uexillum. ibidem.
Per lectissimos autem equites deportabantur. ibidem.
In honorem matris Circenses instituit Imp. ibidem.
Itidem carpentum, quo in pompa traduceretur. ibidem.
Imp. honoris ergo à Senatu decretus Clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente, & nobilibus pueri, ac puellis modulantibus carmen, quo laudes ipsius continebantur num. 16.
Decretum ut quo die Imperium cepisset, diceretur Palilia. nu. eod.
Quasi esset argumentum rursus conditæ urbis.
Saturnalibus adiectus dies, & dictus Iuuenalis. num. 17.
Latialis Iuppiter dictus à nonnullis Imp. num. 22.

LEGES



FAMILIAE.



GERMANICVS Drusi,& Antoniæ iunioris filius. num. 1.
Imp. Ti. Claudius Germanici. ibidem.
Germanicus à patruo adoptatus. ibidem.
Germanicus Imp. C. Cæsaris Caligulæ pater. ibi.
Agrippina M. Agrippæ & Iuliæ filiæ. num. 7.
Agrippina uxor Germanici. ibidem.
Germanicus ex Agrippina suscepit liberos. num. 6.

Tres sexus fœm. superstites nouem {Agrippinam. / Drusillam. / Liuillam.}
Tres mares {Neronem. / Drusum. / C. Cæsarem.}

Reliqui infantes adhuc perierant. num. 7.

Germanicus. / C. Fonteius Capito. } Coss.

Liuia Augusta proauia Caligulæ. num. 10.
Antonia auia Caligulæ. ibidem. & 23.
Augusti Epistola ad Agrippinam neptem. num. 8.
Iunia Claudilla M. Syllani filia uxor Caligulæ. num. 12.
Claudius patruus Caligulæ. num. 15.
Tiberius frater Caligulæ. ibidem.

Titi Labieni. / Cordi Cremutij. / Cassii Seueri. } scripta. S. C. abolita num. 16.

Aufidius Lurco Romæ honoribus functus. num. 23.
Syllanus socer Caligulæ. ibidem.
Liuia Orestilla uxor Caligulæ intra paucos dies repudiata. nu. 25.
Ptolemæus Iubæ regis filius M. Antonij nepos è Selene filia; consobrinus Caligulæ.
Aponius Saturninus prætorius uir. num. 38.
Cassius Cherea tribunus cohortis prætoriæ. num. 56.
Cassius Longinus Asiæ proconsul. num. 57.
M. Nestor Pantomimus.

Vicus

COLONIAE,

ET MVNICIPIA.



VICVS Ambiatinus in Treuiris supra Cõfluentes. num. 8.

Parthorum Rex amicitiam Imp. ultro petiit, & transgressus Euphratem uenit ad colloquium Legati consularis, atq; aquilas, & signa Ro. Cæsarumq; imagines adorauit. num. 14.

,, Tales Reges socii, & amici Imp. Ro. dicebãtur Transmarinæ prouinciæ. num. 51.

Syracusarum collapsa uetustate mœnia refecta. num. 21.

Baiarum, & Puteolorum interuallum medium trium millium, & sexcentorum passuum. num. 19.

Anticyræ secessus ualetudinis causa peti solebat. num. 29.

CONSVETVDINES
LVDI.



In media

VESTITVS, ET HABITVS CORPORIS.

Publicum.

Publicum epulum Romæ, in quo cœtus erant discumbentium lectis, qui ornati erant laminis argenteis. num. 32.

Inusitatæ delitiæ. { Margaritas aceto liquefactas sorbere. Panes, & obsonia ex auro apponere. Calidis, frigidisq; unguentis lauari. 37.

Balnearum usus. ibidem.
Meridiare ueteres solebant, idest sub meridiem dormire. num. 38.
,, Sic etiam Catullus locutus est. eamus meridiatum.
Meritoria uehicula. Pistrinensia iumenta. num. 39.
Vocatores, quorum erat munus ad conuiuium Imp. nomine uocare, quos libuerat. num. 39.
Magnus honos putabatur uocari ad conuiuium a' uocatoribus nomine Cęsaris. ibidem.
Comessatio in apophoretis uicies HS.
Vsus tricliniorum. num. 36.

LARGITIONES, SIVE MVNERA.

Strenæ dabantur ineunte anno. num. 42.
Nūmos fuit mos spargere in plebem. num. 47.
Strena etiam à populo interdum dabatur Imp. num. 42.
Congiarium trecenûm sestertiorum, intellige sestertios. ibidem.
Epulum Senatui, & equiti, ipsorumq; liberis ac coniugibus. ibidem.
Mos dandi forensia uiris, pueris, ac fœminis, itidem fascias purpuræ, ac conchilij. ibidem

SCHOLAE, SIVE LITERARIA CERTAMINA.

Certamen editum Grææ, & Latinæ facundiæ. num 20.
Oratio Senecæ dicta similis arenæ sine calce ab Imp. num. 53.
Præmium in eo genere certaminum, ut uicti uictores laudarent. ibidem.
Pœna irrogata iis, quorū scripta maximè displicuissent, ut spōgia ipsa, aut lingua delerēt. ib.
Alioqui ferulis uapulabant. ibidem.
Mos apponendi imagines præclarorum uirorū pictas, ut Vergilii. itidem historicorum, ut Liuii in bibliothecis. num. 34.

LVCTVS.

Mos ob mortem eorum, qui cari essent Imp. indicendi iustitium. num. 24.
Mos in luctu alendi barbam, & promittendi capillum. ibidem
Prodibat ob luctum Imp. cum barba, & capillo. ibidem.

FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV

POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber Quintus.



D. CLAVDIVS CAESAR.

Ex Suetonio.



BONONIAE,

Ex Typographia Io. Bapt. & Alexandri Benaciorum, &
Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI SIVE CAPITA.

MAGISTRATVS



Hi

Hi pedibus ſequebantur in prætexta.

Qui cum honorem iteraſſet, ſequebatur uectus equo phalerato, & in ueſte palmata. ibidem.

Vrbis cura.
Annonæ cura. } ſuſcepta ab ipſo Imp. num. 18.

Magiſtratus iuſſu plebis ex omnibus uicis plebem conuocare ſolebant ad arcendum incendium. ibidem.

Imp. poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis hortabatur ad arcendum incendium. ibidem.

Annonæ procurandæ modus, ac ratio hęc inita ab Imp. ut negociatorib. certa lucra proponeret, ſuſcepto in ſe dāno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet. num. 18.

,, Hoc uulgo in Italia dicitur. aſſicurare le naui.

Et naues mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda. ibidē.

,, Id etiam noſtra ætate fieri ſolet Venetiis.

Senatoribus propria conſtituit Imp. loca in Circo Max. cum ante promiſcue ſpectare ſolerent. num. 21.

Prætor aduocata concione indicebat ferias, quoties terra in urbe mouiſſet. num. 21.

Imp. de maiore negotio acturus medius ſedebat inter Coſſ. ſellas ſubſellio tribunitio. num. 23.

A'Senatu commeatus peti ante ſoliti, cæperunt peti ab Imp. eos enim uoluit eſſe ſui beneficii. num. 23.

Procuratores ducenarii. num. 24.

Procuratoribus etiam ducenariis data ab Imp. ornamenta conſularia. ibidem

Senatoriam dignitatem ſiquis recuſaſſet, ipſi etiam equeſtrem adimere ſolebat Imp. ibidem.

Senator ut ne legeretur niſi ciuis Ro. abnepos. ibidem.

Senator tamen factus ſemel libertini filius, hac conditione, ut prius ab equite Ro. adoptaretur. ibidem.

In Senatum olim ab Appio Cenſore etiam libertini lecti. ibidem

Libertini olim uigente rep. dicti, non qui manumitterentur, ſed ingenui ex iis procreati. ibidem.

Quæſtorum collegium. ibidem.

Quæſtoribus reddita cura ærarii Saturni. ibidem.

Quæſtoribus

Quæstoribus detracta Hostiensis, & Gallica prouincia. ibidem.

Curam ærarii Saturni ante sustinuerant medio tempore prætores, & prætura functi. ibidem.

Triumphalia ornamenta ab Imp. sponso suæ filiæ adhuc puberi data. ibidem.

Triumphalia ornamenta nimis facile cui uis data ab Imp. ibidem.

Musica studium tùm ad cantandum, tùm ad psallendum. num. 3.
Studium imitandi, & exprimendi aliena chirographa. ibidem.
Mos excipiendi orationes, quæ recitabantur, notis. ibidem.

STRVCTVRAE.

Amphitheatrum dicatum. num. 7.
Thermæ extructæ. num. eodem.


VICTVS.

Genituram suam olim cognoscere studebant. num. 10.
Familiari cœnæ amicos adhibebat Imp. num. 9.

ITER.

Diuidi solebat iter ab Imp. in mansiones plures. num. 10

FAMILIAE.



MP. Titus cognomine paterno. num. 1
Titus est natus III. Cal. Januarii insigni anno Caiana Cæde ad Septizonium. num. 2
Cum Britannico D. Claudii filio simul educatus. ibidem.
Narcissus Claudii libertus. ibidem.

Vxores Titi { Arricidia Tertulli equitis Ro. filia præfecti præt. cohortium, & in locum huius defunctę duxit.
Martiam. Furuillam. splendidi generis cum qua, sublata filia, diuortium fecit. num. 4.

A. Cæcinna uir consularis. num. 6.
Berenice Regina. num. 7.
Domitianus frater Imp. Titi. num 9.
Domitia fratris Titi, Domitiani scilicet, uxor. num. 10.

FINIS.

FRANCISCI
ROBORTELLI
VTINENSIS
DE VITA, ET VICTV
POPVLI ROMANI,
SVB IMPP. CÆSS. AVGG.

Liber Duodecimus.

IMP. FLAVIVS DOMITIANVS.

Ex Suetonio.



BONONIÆ,
Ex Typographia Io Bapt. & Alexandri Benaciorum,
& Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI, SIVE
CAPITA.

I Magiſtratus, ac Poteſtates, tàm in urbe, quàm extra urbem.

II Forenſia, ſeu Iudicialia.

III Sacra.

IIII Coloniæ, & Municipia, ſimul & prouinciæ.


V Leges, ac Conſtitutiones.

VI Militaria, & Caſtrenſia.

VII Mores, & conſuetudines tàm in uictu priuato, quàm in publicis negocijs.

VIII Familiæ, Affinitates, & cognationes ipſarũ. Libertorumq́;, & ſeruorum nomina.

MAGISTRATVS.




COSS. inibant Magistratum mense Decembri. num. 1.

,, Si modo mendosi non sunt libri, nam omnes
,, habent Nono Cal. Nouembris, patre consu-
,, le designato,& inituro mense insequenti ho-
,, norem,uel quidquid aliud sit, quod conabi-
,, mur explicare in nostris commentariis.

Fraus


FORENSIA, ET IVDICIALIA.



RAVS testamento adhibita. num. 2.
Ius dicebat interdum pro tribunali extra ordinem in foro Imp. num. 8.
Centumuiri iudicabant. ibidem.
Centumuirorum sententias ambitiosas rescindebat Imp. ibidem.
Recuperatores Iudices. ibidem.
Ne persuasoriis assertionibus se accommodarent, eos monebat Imp. ibidem
Consilium Iudicum. ibidem.
Iudices Numarii unà cum suo quisq; consilio notati. ibidem.
Repetundarũ accusatus Aedilis sordidus à trib. plebis. num. 8.
Iudices à Senatu interdum in aliquem reum petebãtur. nu. eod.
Defuncti magistratibus siue in urbe, siue in prouincijs sæpe rei agebantur. ibidem.
Notati ignominia, qui scripta famosa siue in uiros, siue in fœminas edidissent. ibidem.
Pœna. mouere Senatu. ibidem.
Causa quòd gesticulandi, & saltandi studio aliquis nimium teneretur, quasi parum id deceret Senatorem. num. eodem.
Pœnæ fœminis probrosis rogari solitę { ne lectica ueherentur. nè capere possent legata, & hæreditates. num. 8.
Pœna irrogata Equiti, eradi ex albo iudicum. ibidem.
Causa, quòd uxorem dimissam ob crimen adulterii in matrimonium reduxisset. ibidem.
Iudicum album. ibidem.
Damnati lege Scatinia. ibidem.
Pœna Vestalibus irrogata propter incestũ { capitale suppliciũ cum primò deliquissẽt. ibi.
Aliquando incesta ab Imp. punita more ueteri. ibidem.
Reis damnatis interdum liberum permittebatur mortis arbitrium. ibidem.

Isiacus

SACRA.



ISIACVS habitus, siue sacerdotum Isidis habitus. num. 1.

Isidem Rom. colebant. num. 1.

De Serapide, de Osiride, de Anubi, de Iside sæpe meminerunt historici. Dii enim hi omnes colebantur ab Aegyptiis, & de tota hac religione, siue cerimoniis, & mysteriis Plutar. copiosè, & nominatim in quodam libello agit. Hæc sacra, quia externa erant, clam primò in urbe fiebant à nonnullis. postea palā fieri cœperunt. Spartianus in Caracalli uita sub finem rem declarat his uerbis. Sacra
,, Isidis Romam deportauit, & templa ubiq; magnificè eidē Deæ fecit. Sacra etiam ma-
,, iore reuerentia celebrauit, quàm ante celebrabantur, in quo quidem mihi mirum uide-
,, tur, quemadmodum sacra Isidis per hunc Romam uenisse dicantur, cum Antoninus
,, Comodus ita ea celebrauerit, ut et Anubin portaret, & Pausa sederet, nisi forte iste ad-
,, didit celebritati. Hæc ille. De Anubi siue Api boue ante est facta mentio à nobis in Tito, itidē in Vespasiano de Iside. Sed his omissis, quæ à ueteribus historicis tradūtur, apponam hoc loco uetustam inscriptionem, quę Bononiæ extat adhuc, & uisitur scalpta in lapide in propylæo Diui Stephani, ad portam sinistram, qui quidem lapis in duas partes fractus pro columellis positus est in pariete ad portā constituendam. Erat autem illitus calce, & picturatus, nunc uerò detectus uisitur. inscriptio est huiusmodi.

DOMINAE. ISIDI. VICTRICI.
NOMINE. M. CALPVRNI. TIRONIS. ET. SVO. EX. PARTE.
PATRIMONI. SVI. SEXTILIA. M. LIB. HOMVLLA. PER ANICETVM.
M. LIB. SVVM. VT. FIERET. TEST. CAVIT.

Templum in Capitolio arsit. num. eodem.

Aedituus Templi. ibidem.

Isidis sacrificuli uanæ superstitionis. num. eodē.

Consecrationis honor habitus Imp. Tito. num. 2.

Ludi seculares facti, computata ratione temporum ab anno, quo ediderat Augustus, non quo D. Claudius. num. 4.

Corona aurea cum effigie Iouis, Iunonis, & Mineruæ gestabatur ab Imp. dum præsideret ludis. num. eodem.

Collegium Flauialium sacerdotum. ibidem.

Quinquatria in honorem Mineruæ quotannis in Albano celebrari solita. ibidem.

Collegium

SACRA.

Collegium eidem Mineruæ institutum, ex quo sorte ducti Magisterio fungerentur. ibidem.

Dialis sacerdos. ibidem.

Septimontiale sacrum. num. eodem.

Die septimontiali sacrorum Panaria, & obsonia senatorib. equitibus, & plebi distribui solita ab Imp. num. eodem.

Templum Flauiæ gentis. num. 5.

Præsagium uictoriæ. resolutus repente Rhenus inhibuit transitum hostium. ibidem.

Aliud præsagium. Quo die est dimicatum, insignis Aquila pennis circumplexa est statuam Imp. & edidit lætissimos clangores num. 6.

Vestales Virgines. }
Vestalium Virgo maxima. } num. 8.

Templum Iouis Capitolini. num. eodem

Monimentum constructum e lapidibus templi Iouis Capitolini dirutum iussu Imp. quod religio contaminata uideretur, & ossa, atq; reliquiæ, quæ inerant ei monimento, mari mersa. num. 8.

Caldæi futura prædicebant. num. 24.

Prodigia mortis Imp. nu. 15.:

1 Capitolium de cælo tactum.
2 Somnium de gibba sibi aurea enata. num. ultimo.
3 Templum Flauiæ gentis.
4 Domus Palatina.
5 Cubiculum Imp.
6 Titulus e basi statuæ excussus.
7 Prænestina fortuna tristem sortẽ reddidit.
8 Somnium. Mineruã excessisse ex sacrario.

Imp. Cadauer popularis sandapila per uespilones exportatũ. nu. 17.

In suburbanis sepulchra fieri solita. ibidem.

Impp. reliquiæ Templo suæ gentis inferri solitæ num. eodẽ.

Cineres mortuorum cum aliis cineribus suorum misceri solitæ. num. eodem.

De

LEGES, ET CONSTITVTIONES.



E Sportulis publicis tollendis,& reuocanda cõsuetudine rectarum cœnarum. num. 7.

Vt histrionibus interdiceretur scena, & ipsis intra domum tantùm exercendi artem ius concederetur. num. eodem.

De non castrandis maribus. ibidem.

De preciis Spadonum,qui residui erant apud mãgones, imminuendis. ibidem.

Ad frumenti inopiam tollendam, quod nimio uinearũ studio arua negligerentur, nè quis in Italia nouellaret,& ut in prouinciis uineta succiderentur relicta (ubi plurimum) dimidia parte. ibidem

De quibusdam ex maximis officiis inter libertinos, & milites Rom. communicandis. ibidem.

De licentia theatrali promiscuè spectandi tollenda. num. 8.

Vt fœminis impudicis non liceret legata capere, & hæreditates, lecticaue uti. ibidem.

De Reis, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, reatu liberandis, ne ue repeti possent, nisi intra annũ, addita ea conditione, ut accusatori, qui causam non obtineret, exilium pœna esset. num. 9.

Nè scribæ quæstorii negotiarentur contra legem Clodiam. ibidem.


De subcisiuis agris, qui superfuerant ex diuisione, concedendis, tãquam si essent usu capta. ibidem.

De Fiscalibus calumniis reprimendis, & delatoribus castigandis. ibidem.

De Iudaico fisco acerbè agendo, ad quem deferebantur, qui Iudaicam uitam uiuerent intra urbem, & ij, qui dissimulata origine nõ pependissent tributa imposita genti Iudaicæ. num. 12.


Mandatum procuratoribus Cæsaris, uiderent, ne quis ex Iudaica gente originem dissimularet uitandi tributi causa, & concessum, ut inspiceret publicè, an esset circumsectus. num. eodem.

COLONIAE.



MILITARIA,

ET CASTRENSIA.



Ræfectus cohortium prætorianarum. nu. 6.

Hyberna legionum. num. 7.

Milites Rom. olim suam pecuniam deponere in castris publicè apud signa solebant, ne ipsis esset impedimento, & ut liberius pugnarent, eã uerò pecuniam uel ipsi, uel hæredes repetebant. num. eodem.

Imp. prohibuit, ne plus quàm mille numi ab ullo milite deponerentur apud signa, quòd sensisset quendam legatũ nouas res moliri fiducia depositorum. ibidem.

Cùm antea stipendium militum esset triplex, auctum est, nam addidit Imp. quartum, hoc est ternos aureos. ibidem.

,, De his depositis, & stipendiis postea copiosius agemus, & singu-
,, la apertè declarabimus.

Centurio, & Tribunus, ut uenia donarentur, propter commissa in bello ciuili, probauerunt se impudicos esse, & ob id neq; apud Ducem, nec apud milites ullius momenti esse potuerunt. 10.

Milites impudici nullius momenti esse censebantur. num. eod.


Britanniæ legatus, quòd lanceas nouæ formæ à suo nomine Luculleas appellari esset passus, pœna affectus. ibidem.

Ad releuandos castrenses sumptus numerum militum diminuere cogitabat Imp. num. 12.

Ob quartum stipendium additum, & alios sumptus exhaustus est Imp. ibidem.

CONSVETVDINES.

LVDI.



SPectacula edita { In Amphiteatro / In Circo. } nu. 4

In circo fiebant ſolennes curſus bigarum, & quadrigarum. ibidem.

In eodem circo etiam equeſtre, ac pedeſtre certamen commiſſum. ibidem.

Nauale quoq; certamen. ibidem.

Venationes, & gladiatores dabantur interdum etiam noctu perdurantibus certaminibus ad lychnuchos. ibidem.

Non uirorum modò, ſed etiam fœminarum certamina edebantur. ibidem.

Quæſtoria munera edi ſolita ab iis, qui quæſturam gerebant. ibid.

Quæſtoriis muneribus intererat Imp. & poteſtatem faciebat populo bina paria petendi è ſuo ludo. ibidem.

Paria è ludo Imp. poſtulata nouiſſima inducebantur aulico apparatu. ibidem.

In ſpectaculis publicè ante pedes Imp. ſtabat Pomilio coccinatus portentuoſo, & paruo capite. ibidem.

Naumachiæ editæ effoſſo, & circumſtructo lacu iuxta Tiberim pene iuſtarum claſſium. ibidem.

Ludi ſeculares editi. ibidem.

Die ludorum circenſium uiginti, triginta, quadraginta & plures miſſus fiebant. ibidem.

Centum miſſus eo die peracti. ibidem.

Mos, ut ſinguli miſſus ſeptena conficerent ſpacia, à carceribus ad metam redeundo. ibidem.

Imp. ut plures peragerentur miſſus, ſeptena ſpacia redegit ad quina, ibidem.

Certamen triplex { Muſicum. / Equeſtre. / Gymnicũ. } Inſtitutum quinquennale Ioui Capitolino. ibid.

Mos ut publicè etiam certarent proſa oratione græca, & latina. ibid.

Cytharœdi.

Cytharœdi. ibidem.
Chorocitharistæ. ibidem.
Psallocitharistæ. ibidem.
Mos in stadio currendi. ibidem.

STRVCTVRAE.

Capitolium iterum incendio absumptum restitutum ab Imp. sub titulo tantùm suo. num. 5.
Nouam ædem extruxit Imp. in capitolio Ioui custodi. ibidem.
Forum, quod Neruæ uocatum fuit. ibidem.
Templum gentis Flauiæ. ibidem.
Stadium. odeum. Naumachia. num. eodem.
Porticus, in qua spatiabatur Imp. parietes distincti lapide phengite, ut ex eius splendore per imagines prouideret, quicquid à tergo fieret. num. 4.

DONA, ET LARGITIONES.

Congiarium populo ter datum, numùm tricenorũ. num. 4.
Epulum largissimum inter munerum spectacula. ibidem.
Panaria distributa senatui, & equiti. ibidem.
Sportellæ cum obsonio distributæ plebi. ibidem.
Missilia uarii generis sparsa. ibidem.
Quinquagenæ tesseræ in singulos cuneos equestris, & Senatorii ordinis pronunciatæ. ibidem.

TRIVMPHI POMPA.

Iudaicum Imp. Vespas. patris, & Imp. Titi fratris triumphum Domitianus, nondum Cæsar, secutus est equo albo uectus. nu. 2.

ITER.

Per urbem prodibat Imp. in sella. num. 2.
Lectica mos uehendi per urbem. num. 2. & 19.
Aliquando equo. num. 19.

CONVIVIA.

Cœnarum rectarum consuetudo reuocata. num. 7.

Partes

DISCIPLINAE, SIVE LIBERAlia Studia.

VICTVS, ET HABITVS CORPORIS.

FAMILIAE.



September,

FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber Tertius Decimus.

IMP. NERVA COCCEIVS.

Ex Dione.

DEMISSVS




BONONIAE,

Ex Typographia Io. Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI, SIVE CAPITA.

MAGISTRATVS.



ONSVL uerba profert in Imp. nec iniquo animo reprehenſionem fert Imp. Dion. Lin. 14. in uerſione Merulæ. & pag. 151.

Senatorii ordinis uiri delecti ab Imp. qui agros emerent pecunia ab ipſo erogata, & eos egenis diuiderent. lin. 21. & pag. 152.

Imp. nihil unquā ſuo arbitrio ſtatuit. linea. 30. & pag. eadem.

In curia iurat Imp. ſe nullum Senatorem unquā occiſurū. ibidem

Imp. principes uiros in conſilium ſemper adhibere ſolitus. ibidē.

Collega in conſulatu Imp. ibidem. lin. 3ˆ.

Præfectus prætorii. ibidem. lin. 40.

Cæſar deſignatus ab Imp. uiuente adhuc. ibidem. lin. 48.

Imperii iura, & inſignia miſſa ab Imp. ad Cæſarem à ſe ante adoptatum, & deſignatum. ibidem.


Cæſar deſignatus poſtea Imperator factus. ibidem.

FORENSIA, ET IVDICIALIA.



MNES, qui rei erant impietatis in Deos, idest Christianos, iussit Imp. absolui. pag.151.lin.6.
Exules ab Imper. in patriam reducti. lin. 7.
Serui, qui dominis insidias fecissent, omnes dãnati. ibidem. lin. 9.
Delatores qui falso' accusabant. ibidẽ. lin. 12.
Sublata licentia accusandi. ibidem. lin. 16.
Bona restituta spoliatis sub alio Imp. quæ in aula fuissent reperta. ibidem. lin. 19.
Auctioni subiecit Imp. uestes, uasa aurea, preciosamq; omnem supllectilem tùm suam, tùm publicam. lin. 23. pag. 152.
Agros uendidit, & domos, atq; omnia, præter admodum necessariã, ut iuuaret egenos, & amicos. lin. 25. pag. eadem.
Traianus genere Hispanus ob probitatem, & uirtutem adoptatus ab Imp. Nerua. pag. 152. lin. 56.


SACRA.



VDAICA secta. pag. 151. lin. 7.
Rei impietatis in Deos agi solebent. ibidem.
Sacrificia multa, quæ magno cum sumptu fiebãt propter compendium sublata. lin.26.pag.152.
Sacramentum Imp. inuiolatum. ibidem.
Iurat in Curia Imp., se nullum Senatorem occisurum. ibidem.
Precatio solennis Imp. ante adoptionem, his uerbis.
,, Quod felix, faustumq; sit S. P. Q. R. & mihi.


Ne

LEGES; ET
CONSTITVTIONES.



E liceret seruis accusare dominos. lin. 10. pa. 15.
Ne quis Iudaicæ sectæ reus ageretur. ibidem.
Vt serui, & liberti, qui dominis insidias fecissent, occiderentur. ibidem.
De bonis, siquibus per uim ablata ante fuissent ab aliis Impp. quæq; essent in aula, restituẽdis. lin. 20.
Ne mares castrarentur. lin. 32. pag. 152.
Ne quis fratris sui filiam uxorem duceret. ibidem.

MILITARIA,
ET CASTRENSIA.



O. legiones Imp. sæpe aliquem appellabant. lin. 33. pag. 152.
Prætoriani milites tumultuantur cõcitati, aduersus Imp. pag. 152. lin. 40.
Prætoriani milites ob seditionem, tanquam hostes Cæsaris deposcuntur ad cædem. ibidem
Præfectus prætorio idem sub Nerua Imp. qui ante sub Domitiano. ibidem.

Iudaica


COLONIAE.



IVDAICA secta. pag. 151. lin. 9.
Quamuis ex Italia aliquis non esset oriundus, sed uel Hispanus, uel Dacus, uel cuiusuis alterius gentis, poterat Imp. creari, & ab Imp. adoptari. lin. 54. pag. 152.
Absens (præerat enim tunc Germaniæ) adoptatus Traianus ab Imp. & Cæsar appellatus. lin. 48. pag. 152.

CONSVETVDINES.

LVDI.



MOS, dum gladiatoriis muneribus præsideret Imp. ut ipsi antequam pugnarent gladiatores, afferrentur gladij, ut dispiceret, quales essent. pag. 152. lin. 37.
Equorũ, & alia certamina sublata, ne tam magni publicè sumptus fierẽt. lin. 25.

STATVAE.

Statuæ aureæ, & argenteæ constitui solitæ in honorem Impp. pag. 151. lin. 4.
Ne sibi ex auro, & argento statuæ fierent recusauit Imp. lin. 17.

STRVCTVRAE.

Arcus in honorem Imp. alicuius, cum ipsius unius titulo extrui solitus. ibidem.

Mos

FAMILIAE.



FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber XIIII.



IMP. DIVVS TRAIANVS.

Ex Dione.

DEMISSVS



COELO AB ALTO.

BONONIAE,

Ex Typographia Io. Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI; SIVE
CAPITA.

I Magiſtratus, ac Poteſtates, tàm in urbe, quàm extra urbem.

II Forenſia, ſeu Iudicialia.

III Sacra.

IIII Coloniæ, & Municipia, ſimul & prouinciæ.

V Leges, ac Conſtitutiones.

VI Militaria, & Caſtrenſia.

VII Mores, & conſuetudines tàm in uictu priuato, quàm in publicis negocijs.

VIII Familiæ, Affinitates, & cognationes ipſarũ. Libertorumq́;, & ſeruorum nomina.


MAGISTRATVS.




FORENSIA, ET IVDICIALIA.



SACRA.




LEGES, ET CONSTITVTIONES.



Expeditio

COLONIAE, ET PROVINCIAE.



EXPEDITIO in Dacos. pag. 153. lin. 18.
Ro. pendebant ante tributa Dacorum Regi. ibi.
A Dacia uicta, Dacicus dictus Imp. 154. lin. 38.
Dacia redacta in formam prouinciæ uicto Rege Decebalo. pag. 156. lin. 15.
Extant in Dacia (quæ nunc Trāsyluania dicitur) uetustæ inscriptiones, in quibus multa quæ ,, ad rem propositam spectant, cognosci possunt, quare ego hoc ,, loco apponendas duxi, quales apud me descriptæ sunt. Sunt ,, autem quam emendatissimæ. Nam fuerunt descriptæ Venetijs ,, ex libro Philippi de Chula prępositi Agriæ, protonotarii Aposto ,, lici, ac Serenissimi Vngariæ, & Boemiæ Regis Ludouici apud ,, Venetos oratoris à Ladislao Budensi Eccles. Colocensis, & Se- ,, pasiensis Canonico. M D X X I.

In ruina antiquæ urbis Varehl. ibidem.

IOVI STATORI	AVSPICIS CAE
HERCVLI VICTORI	SARIS DIVI NERVAE
M. VLP. NERVA TRA	TRAIANI AVGVSTI
IANVS CAESAR	CONDITA COLONIA
VICTO DECEBALO	DACICA PER
DOMITA DACIA	M. SCAVRIANVM
VOTVM SOLVIT.	EIVS PROPR.

ibidem.

ibidem.

DIVO
SEVERO PIO
COLONIA
VLPIA TRA
IANA AVG.
DACICA SAR
MIZ.

ibidem.

VICTORIAE AVG
NONNE DIXI TIBI
DECEBALE
FVNESTVM EST
HERCVLEM
LACESSERE
NON RECTE FECISTI
TVA IPSE QVOD IACES
MANV
SED TVA VTCVNQ.
CAESAR NICIT.
TVLIT.
T. SEMPR. AVGVR
ARGVSTALIS

FORTVNAE
AVG.
OMNIPOTENTI
VBI ERAS
RHAMNV
SIA
VBI ERAS
QVANTVM ABFVIT
NE ROMA LVGERET
SED VIVIT TRAIANVS
VE TIBI DECEBALE.
MILSS. LEG. VI. ET XIII. G.
DEVOT. CAPITIBVS.

ibidem.

DEO HERCVLI
PRO SALVTE IMP.
DIVI TRAIANI
AVGVSTI, ET
MARCIANAE SORORIS
AVG COLONIA
DAC. SARMIZ.

Ctesiphon

MILITARIA, ET CASTRENSIA.



CONSVETVDINES.

HABITVS CORPORIS, ET VICTVS.



Radi cōſueuerant etiam ipſi Impp. ex uetere inſtituto Romanorum. pag. 156. lin. 40.
Im. Adrianus præter morē, aliorū barbā nutrire cœpit. ib.
Romani olim non accumbebant niſi prius loti. ibidem.
Impp. oculos inſpiciendos medico præbebant. ibidem.

STRVCTVRAE

Bibliotheca extructa ab Imp. pag. 157.
Ingens columna in foro ab Imp. poſita, ut eſſet pro ſepulchro. ibid.
Pons, extructus miræ molis ad iungendum Dannubiū. pag. 155.
Extat huius pontis uetus inſcriptio, quæ eſt.

PROVIDENTIA
AVG
VERE PONTIFICIS
VIRTVS ROMANA.
QVID NON DOMET
SVB IVGVM ECCE
RAPITVR ET DA
NVVIVS.

HONORES.

Statuas, & imagines amicis, quos colebat poni iubebat Imp. pag. 157.
Cognomenta honoris cauſa S. C. Imp. indebantur. pag. eadem & 159.
1 Optimi.
2 Parthici.
Eidem honoris cauſa S. C. decernebantur dies feſti, ſupplicationes, triumphi.
Arcus triumphales. pag. 159.
Vrbes à nomine Imp. relicto priore nomine cognominatæ. pag. 161.

LVDI.

Gladiatores in Theatro. pag. 154.
Mimi & ſaltatores. ibidem.
Venationes. pag. 153.

FAMILIAE.



Traianus à Nerua adoptatus, & ideo Neruæ nomen aſſumpſit, ut patet etiā ex inſcriptionibus marmorum, quas ſuperius appoſui, & aliis, quas breuitatis cauſa prætermitto.
Plotina Traiani uxor. pag. 153.
Decebalus Dacorum Rex. ibidem.
Parthamaſires Armeniorum Rex. ibidem.
Licinius Sura Medicus ditiſsimus, & chariſsimus Imp. pag. 156.

FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE VITA, ET VICTV POPVLI ROMANI,

SVB IMPP. CAESS. AVGG.

Liber XV.



IMP. DIVVS HADRIANVS.

Ex Aelio Spartiano.



BONONIAE,

Ex Typographia Io. Bapt. & Alexandri Benaciorum, & Ioannis Rubei sociorum. 1559.

TITVLI, SIVE CAPITA.

I Magistratus, ac Potestates, tàm in urbe, quàm extra urbem.

II Forensia, seu Iudicialia.

III Sacra.

IIII Coloniæ; & Municipia, simul & prouinciæ.


V Leges, ac Constitutiones.

VI Militaria, & Castrensia.

VII Mores, & consuetudines tàm in uictu priuato; quàm in publicis negocijs.

VIII Familiæ, Affinitates, & cognationes ipsarũ. Libertorumq́; & seruorum nomina.

MAGISTRATVS.



Enator primus qui esset in sua familia Romæ annotari solitus. pag. 170.

Vespasiano VII. } Tito V. } Coss. ibidem

Vir prætorius ibidem.

Decemuir litibus iudicandis. ibidem.

Traiano IIII. } Aurunculeio } Coss. ibidem.

Quæstura Adriani.

Actorum Senatus curatio post quæsturam. ibidem.

Candido. } Quadrato II. } Coss.

Cursus honorum Adriani antequam esset Imp. sub Domitiano, & Traiano.

1 Post quintum decimum annum militauit.
2 Decemuir litibus iudicandis.
3 Tribunus legionis.
4 Quæstor.
5 Actorum Senatus Curator. 170.
6 Tribunus Pl. 171.
7 Prætor, & ludos edidit. 171.
8 Consul. ibidem.
9 Legatus prætorius in Pannonia.
10 Legatus Parthicæ expeditionis. 171.
11 Legatus Syriæ ibidem.
12 Consul. II.

Tribunitia potestas perpetua dabatur Impp. tantum. 171.

Tribuni pl. penulis uti soliti pluuiæ tempore. 171.

Imperatores penulis non utebantur. ibidem.

Præfectura urbis. 171.

Senatus triumphum decernit Imp. 172.

Præpositus Syriæ. ibidem.

Mauritaniæ præfectura. ibidem.

FORENSIA, ET
IVDICIALIA.



De

SACRA.



Habeo inter Transyluanicas inscriptiones, & hanc quæ ad rem propositam spectat.

D. M.
M. COMINIVS PONTIF.
ET BIS QQ. COL. SARMIZ
METROP.
EQ. R. SACERDOS ARAE
A V G.
SORORI PIENTISS.
L. D. D. D.

Itidem

Itidem Alia Albæ.


MARTI AVG.
PRO SALVTE IMP. CAES.
M. ANTONINI
GORDIANI PII FELICIS
A V G.
M. ANTONIVS
VALENTINVS
EQ. R. DEC. COL. APVL.
SACERDOS ARAE
A V G.

LEGES, ET
CONSTITVTIONES.



COLO-

COLONIAE
ET MVNICIPIA.



NE Antiochia tot ciuitatum diceretur Metropolis, Syriam à Phœnicia separauit. pag. 175.
Iudæi bellum mouerunt, quòd uetabantur muti late genitalia. ibidem.
Regi parthorum recepto in amicitiam remissa filia, quam cœperat Traianus, & promissa sella, quæ itidem ab eo capta fuerat. ibidem.
À Cappadocibus mancipia accepta, quæ in castris usui essent. ibid.
Armenis, ut Regem haberent, permisit, cùm ante sub Traiano habuissent legatum Romanum. pag. 178.
Parthis detractus Rex, quem Traianus imposuerat. ibidem.
A Mesopotamiis non exactum tributum à Traiano impositũ. ibidẽ.
Multæ Ciuitates Hadrianopolis dictæ, ut ipsa Carthago, & pars Athenarum. pag. 177.
Limites in Prouinciis constitui solebant in hunc modum. stipites erant magni in modum muralis sepis funditus iacti, & connexi, atq; ijs, non fluminibus plerunq; barbari separabantur à regionibus Ro. pag. 174.
Germanis Rex ab Imp. constitutus, ibidem.
Imp. multis ciuitatibus ius latii dare solitus. 177.
Ciuitatibus tributa remitti solita ab Imp. ibidem.

MILITARIA.



SERVI

CONSVETVDINES.

SERVI ET MINISTRI.



Epistolarum magistri. pag. 174.
Libertos suos nihil apud se posse uoluit Imp. pag. 177.
Dãnati omnes liberti, qui se de eo iactauerãt. ibi.
Seruo Imp. quem ambulantem inter duos Senatores uiderat, colaphum dari iussit. ibidem.

LVDI.

In honorem Traiani patris balsama, & crocum per gradus Theatri fluere iussit Imp. pag. 177.
In honorem socrus aromatica populo donauit. ibidem.
Fabulæ omnis generis more antiquo in theatro datæ.
Gladiatores frequenter dati.
In circo multæ feræ, & centum leones interdum interfecti. ibidẽ.
Ludi circenses propter adoptionem filii ab Imp. dati. pag. 178.
Donatiuum Populo, & mititibus datum eadem de causa. ibidem.

VESTITVS.

Semper pallio tectus, aut toga submissa discumbebat Imp. 178.
Senatores, & Equites Ro. in publico semper togatos esse uoluit. ib.

STRVCTVRAE.

Tyburtina Villa magno sumptu exędificata ab Imp. pag. 179. & 180.
Aquarum ductus multi facti. pag. 177.
Pantheum instauratum, ibidem.
Septa, basilica Neptuni, Forum Augusti, lauacrum Agrippæ restituta, & ueterum nominibus consecrata, Pontem etiam fecit Imp. Romæ sui nominis, Colossum quoq;. ibidem.

CONVIVIA ET CIBARIA.

Tetrapharmacum cibus dictus ab Imp. ex phasiano sumine, perna, & crustulo. pag. 177.
In conuiuio Tragœdiæ, Comœdiæ, Atellanæ, Sambucæ, lectores, & poetæ adhiberi soliti.

FAMILIAE

MARILLINVS.

Senator.

Aelius Hadrianus cognomento Afer, huius uxor
Domitia-Paulina Gadibus orta.


Hadrianus Imp. & uxor huius Sabina. — Paulina uxor Seruiani.

Imp. Aadrianus consobrinus Traiani.
Marillinus primus Senator in sua familia. pag. 170.
Imp. Adrianus Romæ natus Coss. { Vespasiano VII. Tito V.
Vlpius Traianus Prætorius uir consobrinus Hadriani, qui postea Imp. fuit, ipsius tutor relictus est.
Itidem, & Cælius Tatianus eques Romanos. ibidem.
Aelius Hadrianus patruus magnus Imp. Hadriani.
Seruianus sororis Hadriani maritus.
Plotina uxor Traiani.
Coss. { Traianus IIII. Articuleius. pag. eadem.
Coss. { Candidus. Quadratus. II. Pag. 171
Sosius Papus.
Pletorius nepos ex senatorio ordine. ibidem.
Neratius Priscus. ibidem.
Laberius max.
Bebius Macer.
Frugi Crassus.
Luscius Quietus.
Catilius Seuerus.
Martius Turbo.
Septitius Clarus.
Suetonius Tranquillus epistolarum Imp. magister pulsus ab Imp. quòd apud Sabinam uxorem familiarius se egisset, quàm reuerentia domus aulicæ postulabat. ibidem.
Epictetus, Eliodorus, Fauorinus, } Philosophi Imp. carissimi. pag. 174.
Iulius Celsus. Saluius Iulianus Neratius Priscus. } Iureconsulti carissimi Imp.
Ceionius Commodus Verus adoptatus ab Imp. Hadriano, & Aelius Verus Cæsar dictus. pag. 178.

FINIS XV. LIBRI.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

De prouinciis Romanorum, & earum distributione, atq; administratione.



VM MIHI de prouinciis Rom. & earum distributione, atq; administratione sit dicendum, primum ex Varrone antiquam illam proferam diuisionem, quæ est lib. 4. de lingua Latina ex Augurum libris desumpta. Agrorum (inquit) ut Augures dicebãt, quinq; sunt genera, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hosticus, incertus. Romanus dictus, unde Roma, a Romulo. Gabinus ab oppido Gabiis, Peregrinus ager Pacatus, qui extra Romanum, & Gabinum, quod non uno modo in iis feruntur auspicia, dictus Peregrinus a pergendo, id est progrediendo, eo enim ex agro Romanus primum progrediebatur; quocirca Gabinus, siue peregrinus secundũ hos auspicia habent singularia. Ab reliquo discretus Hosticus dictus ab hostibus; incertus is dicitur ager. Hæc ille. Nec in præsentia diligentius exquiram, qui antiquissimi fuerint Italiæ fines, nam satis constat ad Rubiconem amnem, nec ultra protendi solitã, ut scribit Plinius. Iam uero Populorum appellationes sciendum uarias fuisse ratione iuris, quod obtinebant apud Romanos, nã alii socij, alii fœderati, alii dedititii, alii Municipes, alii Colonici dicebãtur. De quib. singillatim postea differemus. Prouinciæ dictæ, quod eas Populus Ro. prouicit, id est ante uicit, uel porro uicit. usq; ad exactos Reges uix ultra triginta millia passuũ progressos fuisse Romanos scribit Eutropius, & aperte demonstrat, sed uide etiam Sex Rufum sub initium de eadem re loquentem. Prima igitur administratio Romanorum fuit PRAEFECTVRA; quæ autẽ præfecturæ dicerentur, decla-

rat, Sex. Pempeius lib. xiiii. Duo enim requirebantur ad præfecturam constituendam. Primò, ut eo loco ius diceretur, & nundinæ agerentur, uerba ipsius sunt hæc. Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebãtur, & erat quædam earum Resp. neq. tamẽ magistratus suos habebãt, in quas legibus præfecti immittebantur, qui ius dicerent quotãnis. quarum genera fuere duo; alterum, in quas ire Præfecti solebant, quattuor sexuirum pro populi suffragio creati erant in hęc oppida Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. alterum, quas prætor urbanus quotannis in quæq. loca miserat, Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Alicas, Priuernum, Ananiam, Frusinonẽ, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaq; quàm plurima. Hæc ille. quamuis iniuria temporum multæ dictiones corruptę sint. De Præfectura mentionem facit Velleius Paterculus in posteriore uolumine pag. 76. his uerbis. Post annos circiter CLII. quàm Capua in formam præfecturæ redacta olim erat.

Distinximus præfecturas à prouinciis, ac quæ, quotq; essent præfecturæ recensuimus, nunc de prouinciis dicendum, & quando primùm prouinciæ appellari cœperunt. Victæ cùm fuissent gentes aliquæ à Rom. aut reges ipsarum, regiones illas efficiebãt Prouincias, & hoc ita exprimebãt. REDIGERE in formam prouinciæ.] Liuius lib. XLV. in Epit. Macedonia in formam prouinciæ redacta est, & lib. 93. Pub. Seruilius in Cilicia Isauros domuit, regnumq; eius in prouinciæ formã redactũ est, & lib. 102. Cn. Põpeius in prouinciæ formã Pontũ redegit. & lib. 104. Lege lata de redigẽda in prouincię formã Cypro. sic etiã Velleius pag. 69. quæ cuiusq; ductu gens, & natio etiã in formulam prouinciæ, stipendia pacta sit. & pag. 70. Scipio Affricã in formã prouinciæ redegit. ibidẽ. Cyprus Prouincia facta est. Sic etiã Capitolinus in Antonino Philosopho pag. 197. Voluit Marcomaniã Prouinciã, uoluit etiã Sarmatiam facere; & fecisset, nisi &c. Distinguebãtur Prouinciæ ita, ut aliæ liberæ, aliæ stipẽdiariæ dicerentur. De libera, quæ & quomodo esset facta in Epit. Liu. lib. 59. Attalus testamẽto legauit Asiã populo Ro. hac conditione, ut libera esse deberet. De stipẽdiaria Velleius in posteriore uolumine pag. 71. Vt has armis, ita authoritate Cappadociam populi Rom. fecit stipẽdiariã

diariam;& pag. 69. de Pompeio, ut Syria, quæ tunc primum facta est stipendiaria, itidem & ciuitates nonnullæ stipendiariæ dictæ. Cæsar lib. primo non longe ab initio ciuitates stipendiarias uocat. Stipendiarias non puto à tributariis differre. Hinc tributarium Gallum Suetonius in Augusto uocat. De tributariis ciuitatibus Galliæ,& exactorum tributorum mētio fit in uetusta inscriptione,quæ adhuc extat Bononiæ in marmore ad columnā lateritiam,quæ est ante fores templi Diui Petronij:

Q. MANILIO
C. F. CORDO.
LEG. XXI. RAPAC.
PRAEF. EQVIT. EXACT.
TRIBVT. CIVITAT. GALL.

FAC. CVR.
CERTVS. LIB.
IN. AGR. PXL. IV. IN FRO. PXL. IV.

Prouinciarum nonnullæ transmarinæ dictæ, & cur, satis patet. Velleius ubi de Bruto,& Cassio pag. 93. omnia transmarina Imperia eorum commissa arbitrio. & post; pecunias, quæ ex trāsmarinis prouinciis Romam à Quæstoribus deportabantur. Et Liuius in Epit. lib. 125. C. Cæsar relicto Antonio (transmarinæ prouinciæ ex parte Imperium ei cessit) in Italiam reuersus. Distinguebantur etiā prouinciæ alio modo in colonias, & in Oppida, quæ aut ciuium essent Romanorum, aut Latinorum ueterū, aut fœderatorū, aut stipendiaria. Declarat hoc Plin. lib.3.cap.32. ubi loquitur de Hispania. Prouincia ipsa CCCXIII Oppida, continet, in his colonias XII. Oppida ciuium Rom. XIII. Latinorum ueterum XVIII. fœderatorū I. stipendiaria CXXX. Idem Plinius lib.3. cap. 14. de Betica. Oppida habet latio antiquitus donata XXIX. libertate VI. Fœdere III. stipendiaria CXX. ex quo loco elicere possumus alia oppida etiā libera fuisse dicta. Coloniæ ius habebāt suffragij ferendi in comitiis magistratuum Rom. id declarat Suetonius in Augusto num. 46. & quomodo ferrent suffragia per suos Decuriones colonicos ipse eo-

dem loco explicat. nam Augustus per Italiam duodetriginta deduxit colonias, ideo ius, ac dignationem ipsarum ferè adæquauit urbi Romanæ. De iure coloniarũ multa Asconius in Cõm. in orationem in Pisonem pag. 73. quæ ego breuitatis causa prætermitto, nam alibi commodius explicabuntur, cùm de coloniis agemus. Oppidorum appellatio non contemnenda fuit: nam ex oppidis si quis commendatione publica approbatus esset, ordinabatur in equestrem militiam, id est, referebatur in numerum equitum. ut declarat Suetonius in eodem Aug. num. eodem. De fœderatis urbibus multa Cic. in oratione pro Balbo, & non nulla Suetonius in Augusto. num. 47. Fœderatas autem urbes liberas fuisse legere est apud eundẽ Suetonium nu. eodem. 47. Interdum contingebat, ut ob nimiam licentiam libertate priuarẽtur. ut ibidem cognosci potest. Cicero lib. 6. ad Atticum quosdam ex Cilicibus Ciliciæ populis Eleutherocilicas uocat, quasi liberos, & eosdem paulò post αὐτονόμους, quasi suis utentes legibus. Latinorum nonnullæ dictæ, & quidem latinitas dabatur ob insignia merita erga Remp. Romanam. Aelius Lampridius in Hadriani uita. Latium multis ciuitatibus dedit: Nec latinitas tantũ dari, sed & ciuitas, quòd autem differant uide Asconium in oratione contra Pisonem pag. 73. Maius munus erat ciuitatem dare, quàm ius latii. tributario Gallo denegatur ciuitas. Suetonius in Aug. num. 40. Sed eidem datur immunitas. Liuius sub initium lib. X. ab urbe condita; eodẽ anno Arpinatibus, & Trebulanis ciuitas data. Ciuitas, & ius Quiritum idem. Latinitas, & Latium, siue ius latii, idem. Vide Plinium in Ep. ad Traianum pag. 31. in Aldinis. Nec ad ius Quiritum, siue ciuitatem Romanã, aliquis poterat peruenire, nisi prius esset latinitatem, siue ius latij adeptus, sed de tota hac ratione latinitatis, & iuris Quiritũ postea subtilius agemus. nunc redeo ad rem, & conditiones prouinciarum declaro. Nonnullæ in prouinciis urbes ea erant conditione, ut consilium publicum habere non possent, Dion id declarat lib. LI. ubi de Alexandrinis loquitur pag. 308. Aegyptum ait redactum in formam prouinciæ, & Alexandrinis interdictam omnẽ consultationem publicã, quamuis ab Imp. Seuero ius hoc illis redditũ ait, & hoc est illud, de quo loquitur Plinius in Epistolis ad Traianum pag. 333. ubi de Buleutis agit. Persequor nunc

alias

alias differẽtias, quæ ad administrationẽ prouinciarum,& urbiũ pertinent. Plin.lib.3. cap. 4. formulam uocat,ut Velleius:uerba sunt hæc. Adiecit formulæ Imp. Galba ex inalpinis Auenticos, atq; Ebroduntios, quorum oppidum Dinia,qui locus est perpendendus;quia solebãt ueteres Romani in formula prouinciarum describere populos omnes,quo iure essent singuli, & ea formula asseruari solita,atq; pro arbitratu Imp. uel Senatus, aliquid adiici poterat,ut in prædicto Plinij loco patet. Præter alias differentias, de quibus diximus, erat & hæc,in prouinciis erant interdũ Coloniæ Decumanorum appellatæ. De hoc autem genere Plin. loquitur lib.3. Cap. 4. ubi de Narbonensi prouincia agit his uerbis. Narbo Martius Decumanorum colonia. XII. m. passuum à mari distans. Mutari solitam prouinciarum formulam elicio ex Plinii eiusdem uerbis lib. 2. cap.3. Citerioris Hispaniæ, sicuti complurium aliarum prouinciarum aliquantum forma mùtata est. Erant nonnullæ in prouinciis coloniæ etiam immunes dictæ. De iis idem Plin. lib. 2. cap. primo de Europa, sic; Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ immunes. itidem cap.3. Cæsaraugustana colonia immunis. Nonnulli etiam uenales à Romanis dicti idem Plin. lib. 3. cap.2. Oppidani latij ueteris Castulonẽses, qui Cæsari uenales appellantur. Iam uero & non nullæ capita dicebantur,ut apud eundem cap. 4. lib.3. Vocontiorum ciuitates fœderatæ capita duo, Vasco & Lucus Augusti. Nonnullæ urbes in prouinciis, & si coloniæ non erant, donabãtur tamẽ iure coloniæ. De hac re Plinius lib. 5. cap.2. Cæsarea Iubæ Regia à diuo Claudio coloniæ iure donata,eiusdem iussu deductis ueteranis. Nationes quædam in prouinciis dicebantur.Plin.lib. 5. cap. 4. Ex reliquo numero nõ ciuitates tantùm, sed pleræque etiam nationes iure dici possunt,ut Capsitani, Missulani, & post cap. 5. Tabidium oppidum, Niteris natio,Enipi natio,Bubeium Oppidum. Quid uero per nationem sit intelligendum,& quantum distet ab Oppido satis patet. In prouinciis erant & Tetrarchiæ. Cicero Tetrarchas nominat in oratione pro Corn. Balbo. Plinius lib. 5. cap.23. De Cœlesyria Tetrarchiam,quæ Mammissea appellatur. & post; Leucadios præter Tetrarchias in regna descriptas barbaris nominibus XVII.& cap. 27. Datur & Tetrarchia ex Lycaonia ciuitatum tredecim. Erant & præfecturæ

in

in Proninciis,ficuti etiam in Italia dictæ. Plin. de his cap. 9. lib. 5. ubi de Asia. Diuiditur in præfecturas oppidorum, quas nouas uocant,& post; Regio habet iuxta Pelusium nomos quatuor. Pharbetitem, Hermothitem, Phanthuritem, Diospolitem. Diuidebantur prouinciæ in Diœceses. de his Cic. ad Attic. lib. 5. Ep. ultima. Plin. uocat conuentus cap. 29. lib. 5. ubi de Laodicea, Ephefo,& Apamea. Alter conuentus à Synnada accipit nomẽ. cõueniunt Lycaones, Appiani, Cercopedi, Derolei, Midei. Tertius Apameam uadit. Ex hoc conuentu Metropolitæ, Dionysopolitæ; Itidem post; Conuentus Smyrnæus, quem frequentat magna pars Aeoliæ. Dicitur in prouincijs etiam iurisdictio, ut lib. 5. idem Plin. cap. 27. in Asiaticam iurisdictionem, & post cap. 30. Pergamena uocatur iurisdictio, ad eam conueniunt, &c. In prouinciis nonnullæ urbes Metropolis nomẽ retinebant, Aelius Spartianus in Hadriano ait, ipsum Imp. Antiocheam, cum ante esset Metropolis, diuisis regionibus eo nomine ipsam priuare studuisse: extat inscriptio Transyluanica, huiusmodi.

DEAE ISIDI
PISCIANVS AVG.
COL. SARMIZ.
METROP. ET
AVRELIA FORTVNATA
LIBERTA EIVS.

Quamplurimæ etiam municipiorum appellationem retinebant; quæ summa erat dignitas. extat insciptio antiqua in Lusitania in ponte, qui uulgò dicitur d'Alcantara, huiusmodi.

MVNICIPIA
PROVINCIAE
LVSITANIAE STIPE
CONLATA QVAE OPVS
PONTIS PERFECERVNT.
ICAEDITANI
LANCIENSES OPPIDANI.
TALORI
INTERANNIENSES, TRASCVDANI.
ARAVI.
MELDVBRIGENSES
ARABRIGENSES.
BANIENSES.
PAESVRES.

Nunc

Nunc, postquam omnes urbium, & oppidorum, quæ in Prouinciis erant, conditiones, ac iura declarata sunt, reliquum est, ut ipsas Prouincias enumeremus, & quo tempore factæ sint, demonstremus: & primũ in Europa, deinde in Africa, postremo in Asia.

IN EVROPA.

Sicilia primum Prouincia facta, & quidem prætoria. Cic. in IIII. in Verrem, & Velleius his uerbis; Primum in Siciliam exercitum traiecit Cos. Claudius, & eam prouinciam post annos 52. captis Syracusis fecit Marcellus Claudius. Sex. Rufus quoq; in suo libello cap. 8. ait; Prima prouinciarum facta Sicilia. Idem Sex. Rufus ex prætoria præsidalem postea factam ab Impp. demonstrat his uerbis; Deinde a Prætoribus recta Populi Ro. est commissa præsidibus.

Sardiniam, & Corsicam Metellus uicit, ut Sex. Rufus scribit præter cæteros; & fuit prouincia prætoria; sed post a' suis præsidibus singulæ regi cœperunt. De Sardis Liu. lib. 60. Aurelius Cos. Sardos subegit. Sed idẽ Liu. lib. 20. Sardi, & Corsi cum rebellassent subacti, & idem lib. 17. ait a' L. Cornelio contra Sardos, & Corsos prospere pugnatum. Hæc ille. Sed in historijs obseruandum, quando prospere pugnatum, quando rebellatum, quando debellatum, tunc enim prouinciæ fiebant. Velleius de ijsdem ita loquitur, inter primum, & secundum bellum punicum ductu Manlii Cos. Sardi uicti.

Macedoniam deuicit Paulus Aemilius, ut Velleius scribit pag. 70. Macedoniam Paulus, Mumius Achaiam, Fuluius nobilior Aetoliam; & Sex. Rufus in hunc modum, Macedonia ter rebellauit sub Philippo, hunc uicit Flaminius. sub Perseo, hunc uicit Paulus: de qua re uide & Liu. lib. 45. Sub pseudophilippo, hunc uicit Metellus, qui Macedonicus est dictus. In hac prouincię septem numerantur, Macedonia, Thessalonica, Achaia, Epiri duæ, Prænalis, & Creta.

Hispaniam primum ingressi Romani, cum aduersus Afros per Sciniones ipsis Hispanis tulere suppetias. Sex. Rufus cap. 8. Victa

primum à D. Bruto, Celtiberi à Syllano, Numantini à Scipione minore, postea cùm tota defecisset Sertoriano bello recepta à Pompeio, Cantabri, & Astures ab Augusto uicti. Velleius de Hispania ita scribit. Hispania uarie possessa, postea ab Augusto uniuersa stipendiaria facta. Sed uide Plin. lib. 3. in ea sex prouinciæ factæ ætate Rufi, Betica, & Lusitania consulares, Taracconensis, Carthaginiensis, Galloetia, Tingitania, id est Insulę transfretanæ. omnes hæ præsidales.

Illyrici uicto Rege Gentio in deditionē tandem accepti à L. Manilio prætore. Liu. lib. 44. Sex. autem Rufus in hunc modum; Leuinus primum Adriaticum ingressus est mare, & Ionium, omnesq; obtinuit ciuitates.

Creta à Metello deuicta, qui Creticus dictus. Vide Sex. Rufum, iti de Velleium pag. 66. Creta Metelli ductu longissimæ libertatis fine mulctata.

De Gallia nunc dicendum; Galli in Italia eam partem tenebant, ubi Mediolanum est, usq; ad Rubiconem amnem: uide Sex. Rufum cap. 9. uario euentu cum his pugnatum, & diu à capta urbe & ante ad aliam, usq. ad ætatem Marii, qui illos depulit Italia: postea à C. Cæsare uicti una cum Britannis, & Gallia; ac Britannia tributariæ factę. Sex. Rufus, cap. eodem, in Gallia & Britannia sunt prouinciæ XVIII. Alpes maritimæ, Narbonensis, Viēnensis, Nouempopulana, Aquitanię duę, Alpes Graiæ, Sequani, Germaniæ duæ, Beligicę duæ, Lugdunenses duæ. In Britannia Cæsariensis maxima, Britannia prima, Britannia secunda.

Dardania, & Mœsia à Curio procos. uictæ, qui primus Romanorum Ducum usq; ad Dannubium peruasit. Sex. Rufus. Pannonia sub Octauiano uicta per Tiberium. Velleius in posteriore uolumine. Vindelici, Rhœti, Norici, Iuliæ Alpes sub Augusto à Druso, & aliis Ducibus uicti. Itidem Valeria, quàm Marcomanni occuparant, & regio omnis, quæ inter Sauum, & Drauū. Sub Traiano Dacia uicta, & trans Dannubium prima prouincia facta. Omnes hę continebantur Illyrico, in quo Prouinciæ XVIII. Noricorum duæ, Pannoniorum duæ, Valeria, Seruilia, Sauia, Dalmatia, Mœsia, Daciæ duæ; & in Macedonia Septem, ut ante. Hæc fere omnia ex Sex. Rufo.

Thracia

Thracia post diuturnum tempus subacta à Didio, Druso, Lucullo, & alijs, in ea Prouinciæ sex. Vide. Sex. Rufum eundem.

IN AFRICA.

Cyrene, & Lybia tota ex testamento Ptolemæi Appionis peruenit ad populum Ro. ut Liu. etiam scribit lib. 64.

Aegyptus sub regibus fuerat amicis, sed uicta Cleopatra, & Antonio, in formam prouinciæ redacta. Dion. lib. 53. & Sex. Rufus.

Africa, ubi Carthago, à Scipione Aemiliano redacta in formam prouinciæ. Vide Velleium in posteriore uolumine.

Numidia ante à regibus amicis administrata, sed postea uicto Iugurtha prouincia facta. Præter Salustium, uide Velleium, & Liuium lib. 62. 65. 66. itidem Plutarc. in Mario, & Appianũ in Lybico.

Mauritania, quàm diu Iuba Rex amicus populo Ro. rexit, sed is postea bello ciuili à C. Cæsare uictus est, & tota regio redacta in formam prouinciæ. Vide Velleium, & Cæsarem lib. 5. de Bello Africo.

IN ASIA.

Asia testamento Attali accepta. Attalus autem Pergamenorũ Rex Eumenis filius. Liu. in Ep. lib. 59. Asiam ante bello captam populus Ro. muneri dederat Eumeni. Sed Aristonicus Rex eam postea inuasit, qui à M. Perpenna uictus. De Asia, quæ propriè dicitur, multa Cic. in Epist. ad Q. Fratrem, & lib. primo ad Atticum. nam ea obtigit fratri ipsius. ea continebantur Phrygia, Lydia, Caria, Hellespontus. De hac uide Plin. lib. 5. cap. 27. ubi leges postea ab Agrippa in duas partes diuisam.

Rhodus libera primum, tandem sub Vespasiano prouincia facta, Sex. Rufus cap. 12.

Pontus post diuturnum bellum cum Mitridate gestum annis fere X L. uel ut alii X L I I. à Sylla, à Lucullo, cum postremo à Pompeio uictus fuisset, redacta in prouinciæ formam. Vide L. Florum lib. 3. cap. 5. & Liu. lib. 76. usq; ad 101. in Ep. Appianum in Mithridatico. Plutarchũ in Sylla, & Pompeio, & Sex. Rufum cap. 13. itidem & Velleium. Regnauit Mithridates annos L V I. Plin. lib. 25. cap. 2.

Syria, ſed ante, uicto rege Antiocho prouincia facta, uictus autem fuit à L. Scipione Aſiatico. Vide Appianum in Syriaco. Florũ lib. 2. cap. 8. Liu. lib. 32. & deinceps. Velleium in poſteriore uolumine, & Sex. Rufum cap. 13.

Aetolia poſtea in formam prouinciæ redacta, nam hoc bellum eſt conſecutum Syriacum, quia Aetoli querebantur ſibi non relatã gratiam à Romanis, quos iuuerant in eo bello, uicti autem fuerunt à M. Fuluio nobiliore. Zacynthus, Cephalene, etiam aliæ inſulæ hoc bello redactæ in poteſtatem populi Rom. Vide Liu. lib. 38. Appianum in Syriaco, Iuſtinum lib. 32. Plin. lib. 4. ſub initium.

Gallogræcia, quæ eſt in medio Aſiæ prouincia facta, hi populi à Mãlio uicti, fuerunt autem in armis ferè IIII. m̃. Vide Liu. lib. 38. Iuſtinum lib. 32. Sex. Rufum. cap. 12. ea deinde permiſſa Deiotaro Regi, ſed poſtea ab Auguſto in formã prouinciæ redacta.

Cilicia erepta Piratis à P. Seruilio, qui Iſauricus dictus; poſt rurſus à Pompeio. Vide L. Florum lib. 3. cap. 6. Liu. lib. 99. Plut. in Pompeio. Sex. Ruf. cap. 13. & Cic. in oratione pro lege Man.

Cyprus ſine bello recepta lata lege à P. Clodio, eo miſſus Cato ad ſupellectilem Regis Romam traducendam, Rex Ptolemęus ſibi mortem conſciuit. Plutarc. in Catone & Velleius in poſteriore uolumine. Sex. Ruf. cap. XIII.

Bithynia ex teſtamento Nicomedis populi Rom. facta, uide L. Florum lib. 3. cap. 9. Liu. in Ep. lib. 104. Plin. lib. 5. cap. 3. & Sex. Rufum cap. 12.

Cappadocia Mithridati erepta, & reſtituta Ariobarzini, atq; à Regibus poſſeſſa uſq; ad Archelaum, qui ſub D. Claudio Romæ occubuit, & redacta in formam prouinciæ. Suetonius in D. Claudio. & Sex. Ruf. cap. 12.

Paphlagonia Regi reſtituta Philemeni amico populi Rom. eo mortuo prouincia facta. Sex. Rufus cap. 13.

Armenia, Meſopotamia, Arabia, Iudæa, Phœnicia Tigrani ereptæ à Lucullo primum, & Pompeio, rurſus per Traianum Imp. erepto diademate illis Regulis prouinciæ factæ, & limes orientalis in ripa Tigridis amnis poſitus, quamuis poſtea Hadrianus ipſas

regulis

egulis restituerit, & limitem statuerit ad Euphratem. Sed sub Diocletiano rursus ad Tygrin limes positus. Vide Sex Rufum. cap. 13.

His ita expositis, Prouinciarum nouam quandam distributionem, quæ facta est ab Imp. Augusto, postquam rerum potitus est, hic apponam, quam explicat Dion lib. 53. pag. 341. in Parisinis libris. Sanxit ille primum ut prouinciarum aliæ essent senatoriæ, aliæ Imperatoriæ, & quidem senatorias uocauit, quæ a Senatoribus regerentur, Imperatorias autem, quæ ab ipso Imp. & ipsius præsidibus. Deinde suas ipse Augustus prouincias accepit in decennium, unam reseruauit equitibus, Aegyptum scilicet, & si comperio apud Suetonium num. 8. in Vespasiano, etiam Cappadociam equitibus reseruatam fuisse. Idem Augustus magistratus annuos in prouinciis instituit, atq; sorte duci iussit, exceptis iis, qui plures liberos habebant, quod quidem satis patet ab eo factum propter ius trium liberorũ in lege, quam tulit de maritandis ordinibus, de qua re nonnulla Suetonius in Augusto num. 47.

Imp. Prouinciæ.		Senatoriæ prouinciæ & Pop. Ro.
1 Iberia reliqua omnis.		
2 Tarraconensis.		
3 Lusitania.	1	Africa.
4 Gallia tota.	2	Numidia.
Narbonensis.	3	Asia.
Lugdunensis	4	Et Græcia in continenti.
Aquitania.	5	Dalmatia.
Celtica, & qui ab iis orti usq. ad Rhenũ, nam Germani uocantur.	6	Macedonia.
	7	Sicilia.
	8	Creta.
5 Cœlesyria.	9	Libya Cyrenaica.
6 Phœnicia.	10	Bithynia cum ponto.
7 Cilicia.	11	Sardinia.
8 Cyprus.	12	Betica.
9 Aegyptus etiam tunc.		

Postea Augustus concessit Populo has.

1 Cyprum. 2 Galliam Narbonensem.

& ipse pro hac recepit Dalmatiam.

Adnotat Dion olim ante Augustum σύνδυο καὶ σύζυγα τὰ ἔθνη ἅμα ἤρχετο. Alias, quæ liberæ erant, uel Regibus parebant, ideo se non nominare ait Dion. Hæc ex Dione. nunc ex Suetonio nonnulla profero, quæ cum iis, quæ dicta sunt, conferri poterunt. Prouincias Procoss. sortiri solitos, & annua ipsorum Imperia fuisse Suetonius declarat in Aug. num. 47. Augustum eas sibi reseruasse, quæ erant ualidiores, nec tam facile poterant administrari, minus autem ualidas, & quæ erant tutæ, ac pacatæ, reliquisse annuis Magistratibus, ac Procoss. idem eodem loco exponit. Imperatorias præterea prouincias, quæ postea dictæ sunt præsidales, ac proconsulares sæpe ab Augusto adiri solitas ibidem legere est. nec non de præfectura Aegypti in eodem Aug. num. 66. Trebellius quoq. Pollio non ignobilis historiæ Augustæ author in D. Claudio pag. 347. mentionem facit præfecturæ Aegypti, his uerbis. Tantum salarii habet, quantum Aegypti præfectura, ex quo loco patet certa salaria præsidibus, & proconsulibus dari solita ab Impp. Quod innuit idem Trebellius in D. Claudio, ubi ait, quantum proconsulatui Africano dedimus, & pauló post; quantum accepit curator Illyrici, Præsidibus prouinciarum prorogari Imperium solere pro arbitratu Imp. collige ex Suetonio in Aug. num. 23. Prouinciarum Præsides ab Imp. mutari solitos idem scribit Suetonius in Tiberio num. 41.

Nunc recenseo quid sub Impp. actum, additum, uel immutatum sit in iis, quæ ad prouincias spectant.

Sub Augusto Armenis Caius Augusti nepos adolescens iudices dedit ex instituto Pompeii. Sex Rufus cap. 16. & Eutropius lib. 3. Alexandrinis Imp. refert Spartianus pag. 230. ius Buleutarum dedisse, qui sine publico consilio ita, ut sub Regibus ante uiuebant, uno Iudice contenti, quem Cæsar dedisset.

Galatia sub hoc prouincia facta, cúm ante sub regibus esset. Eutropius lib. 7.

Sub Tiberio Cappadocia mortuo Archelao Rege prouincia facta idem Eutropius lib. eodem.

Sub Traiano Armeniæ receptæ, quas amiserat Nero, cum Persæ Legiones duas Rom. sub iugum misissent, á Traiano hoc tunc immutatum, Regi Armeniæ maioris Diadema ademit, Albanis Regem dedit, Arabas, Adiabenos, Seleuciam, Ctesiphontem, &

Babiloniam debellauit usq. ad Indiæ fines,& Arabiam redegit in formam prouinciæ. Eutropius lib. 8.

Orchades insulæ Britanniis adiectæ sub Imp. D. Claudio. idem Eutropius lib. 7.

Traianus Daciam redegit in formam prouinciæ uicto Rege Decebalo. Eutropius lib. 8.

Seuerus Arabiam prouinciam refecit. ibidem. Vnde & cognomẽta Arabici,& Adiabenici recepit. Eutropius lib.8.

Sub Nerone prouinciæ factæ, Pontus Polemoniacus concedente Rege Polemone,& Alpes Cottię defuncto Rege. Idem lib. 7.

Ex eodem Eutropio lib. 8. elice Hadrianum gloriæ Traiani inuidentem, tres prouincias ab eo factas reliquisse Assyriam, Mesopotamiam, & Armeniam. Idem de Dacia facere cogitabat, sed amici dissuaserunt.

Sub Vespasiano Iudæa cum Hierosolymis accessit Imperio Rom. iis etiam Thraciam, Ciliciam, Comagenen, quæ sub Regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit.

Sub Domitiano Daci, & Catti uicti, atq. de iis triumphũ egit Imp. De Sarmatis solam Lauream usurpauit. nam Legio Romanorũ est cæsa in Sarmatia. Idem Eutropius lib. 7. sub finem.

Sub Gallieno mira confusio prouinciarum amissa Dacia, Græcia, Macedonia, Pontus,& Asia, uastatæ à Gotthis, Pannoniæ à Sarmatis, & Quadis, Germani usq. in Hispaniã irruperunt, & Tarraconem expugnarunt. Parthi Mesopotamiam occupauere. Eutropius lib. 9. quomodo autem fuerint statim receptæ à Ducibus Odenato, & Posthumo. Vide ibidem.

Aurelianus Daciam prouinciam intermisit trans Danubiũ, & collocauit in Mœsia, & cur id sit factũ explicat Eutropius lib. eodm.

Probus Imp. Gallis, & Pannoniis prouincialibus uineas ut haberent permisit. In Pannonia consiti uitibus montes Almon, Aornos, & Syrmius. Item Mœsia. Eutropius ibidem.

Carus Imper. aduersus Sarmatas bellũ gessit, sed Persarum tumultu reuocatus destitit.

Sub reliquis Cæsaribus tumultus magis adnotes deficientium prouinciarum, quàm prouincias nouas subactas.

Imp. M. Antonius Philosophus, ut scribit Iulius Capitolinus pag. 196. & 197. accepit in deditionem Marcomanos, & paulò post, Voluit Marcomaniam prouinciam, uoluit Sarmatiam facere,


cere, & fecisset, nisi Auidius Bassus rebellasset in Oriente. reliquit igitur Sarmaticum, & Marcomanicum bellum. Siciliam procõsularẽ, itidẽ Pannonias procõsulares appellat Spartianus pag. 225.


His ita declaratis persequor nonnulla, quæ spectant ad ipsos procõsules, qui in prouincias ibant. & quidem omnia desumpta ex Dione, nã is copiose, & exquisite de tota hac re loquutus est: sanxit Augustus, ut qui in prouincias ibant senatorias, ne essent paludati, nec exercitum haberent, & propterea accingi gladio nõ solebant, quod græcis uerbis ipse ita profert ξίφος μὴ παραζώννυσθαι. statuit quoq; proconsules ut dicerentur non tantũ qui Cõsules ante fuerãt, sed etiã prætores. numerũ etiã lictorũ præfiniuit, & alia insignia tradidit, iussitq; ut nõ nisi extra Pomœriũ cũ Imperio essent, & insignibus, quæ quidẽ etiam ante florente Rep. seruari solebãt, ut Plutarc. in Cæsare nominatim explicat. In prouincias Augusti qui ibant, ab ipso tantũ eligebantur Imp. quod etiam Suet. declarat in Tiberio. num. 31. Voluit etiã Legatos omnes suos uocari Proprætores, quãuis ex consularibus essent, nã nomina prætoris, & Consulis in Italia tantũ seruauit, sed prouinciis addidit pro. horũ proprætorũ in prouincia Magistratus annuos esse uoluit, nec unquã Imp. suas prouincias dabat nisi prętoriis, & consularib. uiris. Hiq; proprętores in prouinciam Imp. ibant paludati, & ense cincti. Senatus prouincias dabat suas Africam, & Asiam Consularibus, alias autem Prætoriis. Hoc etiam ab Augusto institutum ut nõ nisi annos quinq. post urbanũ magistratũ sorte ducerẽtur ituri in prouincias. itidem sanxit, ut Senatores haberent ius gladii. Legatos ab ipsis proprætorib. & cõsularibus eligi uoluit, sed non insciente Aug. In suas prouincias mittebat Imp. legiones urbanas. Duces ipsarũ ex uiris prætoriis, uel quæstoriis. Tribunos autẽ militum ex equitib. Quæstores & procuratores, qui in prouincias irent, deligi ex quæstoriis uiris uoluit, & si interdum procuratores fieri solebant Imp. liberti. Certus prouentus proconsulib. assignatus est, nec imperare pecuniã ipsis ut liceret uoluit prouincialibus sine mãdato senatus, aut Imperatoris. atq; ut omnia certo ordine gererent, mãdata Procoss. dari iussit. Præterea intra tres menses ut Romam redirent procoss. postquã successori tradidissent prouinciam. Hæc habui, quæ de prouinciis, & ipsarum administratione breuiter dicerem.

FINIS.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

De Iudiciis, & omni consuetudine causas agendi apud Romanos.





ATIO iudicandi olim Romæ tum Rep. florẽte, tum Impp. ætate uaria fuit, & multiplex, sæpe enim, ut cuiq; libitum est potenti, leges latæ sunt, quibus potestas iudicandi his erepta, ad alios translata fuit. Nec uero mirũ, cum enim in iudicando omnia summa sint posita, dominariq; omnes uelint, ideo factum est, & sæpe de iudicandi potestate leges ferrentur. Ego ordine omnia exponere conabor ordiens ab urbe condita, rem sane difficilem breuiter, & aperte pro uiribus explicabo.

Primum sub regibus Duumuiros uideo iudicasse de capitalibus. Liu. lib. primo, ubi agit de Horatiano Iudicio, sed prouocabatur ad populum. Vide ibidem. De iis, quæ capitalia non sunt, qui iudicarint historici non narrant. Postea cum se in libertate uindicassent Romani, Coss. ipsos uideo iudicasse de pecuniis creditis, & iis quæ capitalia non sunt. Liu. lib. 2. pag. 15. Populum autẽ in comitiis de capitalibus rebus, item de mulcta. Liu. lib. 2. ubi de Volerone. Postea cum Coss. essent occupati bello, Prætores Romæ duo Imp. creati, qui iudicarent. de priuatis iudiciis intellige. Liu. lib. 19. in Epit. nam integrum non habemus. publica sunt Pop. reseruata in comitiis, quale Coriolani, Cæsonis, Camilli, & aliorum.

Zasius in suo libro de legibus Romanorum cap. de lege Iulia, sub initium scribit patres iudicasse usq; ad Gracchi ætatem. ego id in historiis

historiis ueterum nunquam obseruaui, nec ullus est, opinor, qui obseruarit, aut obseruare possit, semper tamen publica iudicia accusantibus Tribb. aut ædilibus apud populum exerceri solita in comitiis, ut Liu. lib. 6. belli punici ubi de Fuluii iudicio agitur. Accusante uero magistratu apud populum agebant, priuatos ea ætate accusasse nunquam reperio. Quod etiam ætate Ciceronis obseruatum est, ut in Scauri iudicio, qui a Domi. Trib. pl. accusatus est ad populum. Vide Asconium, qui ait per tributa comitia illud iudicium fuisse transactum. ut in Rabirii iudicio, ut in iudicio Iuniano, quod Cic. ad populum ait delatum accusante Trib. pl. L. Quintio in oratione pro Archita, sed ubi primũ priuati accusare cæperunt, res delata est ad Prætorem, nam priuati cum populo agere non possunt. Prætor autem Iudices legere solitus ex Senatu, usq. ad tempora Gracchi; sed auctorem non habemus, qui hoc asserat nominatim, & quando fieri ceptum. Tantùm hoc, Gracchum legem tulisse, ut equites iudicarent, ex quo patet ante Senatum iudicasse. cum senatum dicimus iudicasse, intelligere debemus ex Senatoribus legi iudices consueuisse a prætore. nec enim in curia Senatus iudicabat.

1 C. Gracchus legem tulit, ut populo gratum faceret, ne Senatores iudicarent, sed equites; uerũ hanc rẽ uideo diuersis modis narrari ab antiquis historicis, nam Plutarch. ait ad CCC. Senatores, electos C C C. equites, & communicata iudicia. Cicero aliter, sed Liui. in Epit. diuerso modo, sicuti postea explicabimus. nec debemus ullum ex ueteribus carpere, sed dicere alios auctores hunc esse sequutum alios illum ut sæpe uidemus in hoc genere antiquitatũ. Halicar. de Tribubus aliter, quàm Liuius. Quid tum? hic alios, ille alios sequutus est auctores. nec credendũ est illos per inscitiã hoc fecisse, iudicarũt aliquot annos, (puto quin

2 decim,) equites ex lege Sempronia, Postea lex lata a' Q. Seruilio Cœpione, quæ Seruilia est dicta, ut communicarent iudicia. Equitibus, & Senatui. Sed uix perlata creditur esse hęc lex. nam reus est factus. Liu. in Epit.

3 Ideo postea legem tulit Seruilius Glaucia, ut equites iudicarent, Cicero in Bruto. Iudicarunt usq; ad damnationem P. Rutilii. de qua Liu. in Epit. Ideo consequuta est lex Plotia, ut quini deni ex singulis tribubus suffragio crearẽtur. ita etiam Senatores, quia in tribubus

in tribubus sunt, communicassent, sed uix locum habuit hæc, ná cõsequuta sunt bella ciuilia illa Syllana, Cinnana, & Mariana.
4 Confectis bellis Sylla legem tulit, ut Senatus iudicaret; ita equitibus erepta iudicia. Plutarch. in Sylla. Asconius in Diui. in Verrem.
5 rem. Decem annos iudicauit Senatus, sed cum corrupta essent illius iudicia post mortem Syllæ Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut Senatores, equites, & Tribuni ærarii iudicarent. Liu. lib. 97. & Cicero lib. primo Ep. ad Atti. in iudicio Clodiano hæc tria iudicum genera commemorat, item Asc. multis in locis. Tribuni ærarii non erat magistratus, sed ordo quidã Romæ. Nam sciendum est, ut Liuius narrat lib. 10. Dec. 4. Censs. Aemyliũ, & Fuluium Nobiliorẽ mutasse suffragia, regionatimq; generibus hominum, causisq;, & quæstibus tribus descripsisse. Nimirũ in singulis Tribubus ex genere hominum, & quæstu iusserunt ferri suffragia.

Sic. Senatores.
Equites, siue publicani.
Tribuni ærarii. de his Varro. Item Plin. lib. 33. cap. 2.
Scribæ.
Agricolæ.
Lictores.
Præcones.
Fabri.
Tibicines.
Argentarii.

6 Subsequuta est lex Pompeia, sed non immutauit ordines tres, nã ex maximo censu legi iussit. Cic. in L. Pisonem, item multa alia, quæ ego postea considerabo.
7 Cæsar rerum potitus sustulit Tribunos ærarios. Sueto. in Cæs.
8 Post mortem Cæsaris Antonius consul tulit legem, ut in locum tribb. ærariorũ subrogarentur ad iudicãdum Cẽturiones, & Alaudæ. Cic. in Philipp. 1. sed nõ fuit perlata, quia hostis est iudicatus. Nunc uidendum est, quid additum sit, & explicanda omnis ratio iudicandi.

De numero iudicũ cũ loqueremur, ex Asconio aliquot protulimus loca, ubi licet perspicere numerũ in omnib. cõsiliis nõ eundem semp fuisse. Quare nihil uidetur posse statui. Ad numerũ iudicũ spectant DECVRIAE. non ideó dictæ quód X. cõtinerẽt,

& V. id proprie significat, sed quia decuriare est describere,& in ordinem redigere. Cicero pro domo sua. cum decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum. Idem pro Sest. cum ui catim serui conscriberentur,& decuriarentur. Decuriam senatoriam de iudicibus loquens appellat Cicero in Verrem pag. 123. hunc hominem iudicum numero habebimus, hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit. Quare emendandus locus in comm. Asconii in II. in Verrem. pag. 16. Necesse fuerat eos primum de curia senatoria conscribi. legendum est. ex decuria Senatoria describi. Patet ergo, cum iudicaret Senatus, Decuriam Senatoriam factam iudicum. Et nimirum C C C. illi Senatores, de quibus Plutar. in Gracchis, qui iudicabant, fuit hæc Decuria Senatoria. Iam uero alii C C C. equites additi, per legem Gracchi, ut Plut. scribit, fuit decuria equitum. Ita etiam cum per legẽ Cottæ additi sunt Tribb. ærarii, illa tertia Decuria fuit.

Sustulit C. Iulius Cæsar hanc tertiam Decuriam, ut Suetonius ait in Iulio, num. 41. his uerbis. iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis, & Senatorii; Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit; relictæ igitur duæ decuriæ iudicum, senatoria, & equestris. post mortem Iulii Antonius legem tulit, de a alaudis, & centurionibus, sed nõ est perlata, quia hostis est iudicatus, ut ante diximus. ideo Cicero in Philippica II. ait. lex est promulgata de III. Decuria iudicum, nam hæc fuisset tertia, ut ante erat Tribb. ærariorum, quam sustulerat Cæsar. Iam habemus tres iudicum Decurias, nunc dicendum de quarta. Hanc addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretq; de leuioribus summis, & ante ait ipsum Augustum recognouisse Decurias iudicum, quia obrepebant in ipsas falsi iudices. Iam uero adnotanda illa uerba Suetonii. quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorũ uocaretur, & iudicaret de leuioribus summis, nam noluit hanc Augustus commisceri aliis iudiciis. Sed si C. Iulius Cæsar sustulit Decuriã Tribb. ærariorũ & M. Antonius non potuit perferre legem de illa sua tertia Decuria, quomodo quartam addidit Aug. cum non esset tertia. Responde credibile esse, fuisse postea restitutam illam tertiã Tribb. ærariorũ, sed ego nõ memini me hoc apud ullũ legisse; coniectura tantum ducor. quia hoc loco Suetonius ait ab Aug. additam quartam: Sed quærat aliquis, qui numerus contineretur singulis Decuriis, Plin. lib.

33.

33. cap. primo sub finem, uixq; singula millia in singulis Decuriis inuenta sunt, non dum prouinciis ad hoc munus admissis: Seruatumq; in hodiernum diem, ne quis ex nouis ciuibus in his iudicaret, Vide ibi de Aug. nã ait, Diuo Augusto Decurias ordináte maior pars iudicum in ferreo annulo fuit, loquitur enim ibi de annulis. Decuriam. V. Caius adiecit, Plin. ibidem cap. 2. & cur uide ibi. nimirum ex censu, & diligenter lege Plin. nam exquisitè omnia declarat. Decuriam VI. addere, etiam si multi peterent, noluit Galba Imp. Suetonius in Galba. num. 14. iudicibus VI. Decuriam addi precantibus non modò negauit, sed etiam, &c. Mirabitur aliquis, quomodo millenariæ essent Decuriæ iudicum hæ. Sed non mirabitur, si multitudinem iudiciorum, & causarum cogitet. primùm enim singuli Prætores assignata habebant iudicia, ut ante dixi, & singuli sortiebantur iudices ad LX. postea Prætt. XII. fuerunt Impp. ætate, ideo maiore iudicũ numero opus fuit; adde quòd alii minora iudicia exercebant, ut Aug. statuit in quarta Decuria Ducenariorum, de qua ante. Præterea centumuiri, Recuperatores, & alii ex eo numero à prætore deligebantur. Adde, quòd aliqui uacationẽ habebant, nec omnes erant in urbe. quare mirandum non est tot fuisse. Declaratus fuit à me locus difficillimus de decuriis, & demonstratum quæ, quales, quotq; fuerint. Nunc alia persequor, quæ ad iudicia spectant. præter iudices, & prætorem in iudiciis erat & Quæsitor dictus: Ascon. in 2. in Verrem. Iunius quæsitor fuit in Cluẽtii causa Verre prætore.

Prætoris munus erat. { Sortiri Iudices. / Eligere iudices. / Dare cognitionem facinorum. }

Ascon. in secunda in Verrem explicans Verg. locum, ubi Minoem uocat Quæsitorem, dat sortitionem, ubi Vrnam nominat. Dat electionem iudicum, cum ait, consiliumq; uocat. ego suspectũ hunc locum habeo, & uereor ne sit corruptus. nam electio repugnat sortitioni, ideo lib. primo ad Att. ubi Pompeius productus est in concionẽ à Tribuno. placeret ne ei à Prætore iudices legi, nã nõ sortiri uolebat, sed legere iudices. ego igitur legerem, uocationem, uel citationem, nam ait id confirmans Vergilii uersu. consiliumq; uocat, idem Asco. in altera pagella è regio

ne, ubi explicat uerbum, respondet. ait recte dictum est, respondet, nā apud ueteres, & iudices, & rei, & accusatores, & defensores citabantur à præcone Prætoris. Ciceronis ætate erant octo Prætores, ut tertio ad Attic. & in orat. pro P. Sestio, & si questio est de numero, nam Pomponius de origine iuris decem enumerat. duobus Prætoribus quæstio inter sicarios erat assignata, ut in loco ante recitato ex orat. pro A. Cluentio.

Item 2. Prætt. alii urbanus, & peregrinus.
- Vni Prætori quæstio peculatus.
- Vni quæstio repetundarum.
- Vni quæstio de ambitu.
- Alii quæstio de ueneficio, Cic. ibid.
- Alii quæstio de falso.
- Alii de maiestate, & ui.

Multæ erant quæstiones, quæ proprium non habebant iudicem, ut de peregrinitate in oratione pro Archia, & pro Galba. Sic se habebat distributio criminum, & prætt. singuli autē Prætores sortiebātur iudices in singulis criminib. Cic. pro Cluentio. iubet ea lex, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem quæstionis, hoc est Q. Voconium cum iis iudicibus, qui ei obuenerint. (uos appellat iudices) quærere de ueneno. Crimen uerò perduellionis unum excipiebantur, quòd ad maiestatem imperii spectaret, nam qui hostili animo in Rempub. esset, ij perduelles, idest hostes dicebantur, ut satis est notum. Maiestatis crimen erat magistratui non parere. Cic. pro Cor. Balbo. magistratûm pulsare. Perduellem uocat Liu. lib. 6. Dec. 3. de bello punico. in iudicio Fuluiano quòd fugæ initium ab eo in exercitu fuerat. In iudicio igitur Rabiriano seruatus mos antiquus. Dion lib. 37. Suet. in Cæs. Iulio, nam duumuiri primū iudicarunt. mox prouocatū ad populū. Nūc de numero iudicū est dicendū, postea de sortitione, subsortitione. deinde de Prætoris et Quæsitoris munere, ac Iudicū iuramēto. Plutarch. in Gracchis C C C. fuisse Senatores ait, additos postea alios CCC. equites, hic erat ueluti ordo iudicū, ex quib. fiebat sortitio. in oratione pro Milone in argumento Ascon. deinde rursus postera die sortitio fieret unius, & LXXX. sub finē. cōdemnauerunt Senatores X. absoluerunt VIII. condūnauerunt Equites IX. absoluerunt octo: Tribb. ærarii X. absoluerunt. VI. condemnauerunt, & post. graues habuit XIX. absolu.

II. & XXX. & pro Scauro sub finem. sententias tulerunt Senatores duo & XX. Equites tres, & XX. Tribb. ærarii XXV.

Dictum est accusante priuato prætorem cum consilio iudicum iudicare solitum, accusante autem magistratu populum in comitiis. Nũc sciendum est aliquando apud Ro. quæstiones quasdã fuisse perpetuas factas, & immutatam totam illam priorem iudicandi rationem. nam anno DCV. Censorino, & Manilio Coss. bello punico tertio constitutæ sunt quæstiones perpetuæ quædam, ut Cicero in Bruto narrat, ex lege Calpurnia. dictæ autem perpetuæ, quod earum causa certi Prætores crearentur singulis annis, nam ante hanc legem, nullus præerat certus prætor his quæstionibus, sed cum accidisset, creabatur ad id Quæsitor, uel dic, (quod ego magis uerũ puto) populus iudicabat accusante magistratu, non priuatis, nam priuatos ante nunquam reperio in historiis accusasse, sed tantum Tribunos, aut. Aediles; notandũ igitur tũc primum cepisse priuatos accusare, ut ætate Ciceronis factum uidemus, hãc enim uim uidetur habuisse illa lex Culpurnia, quamuis miror Populum passum esse sibi eripi potestatem illam iudicandi in comitiis, sed erat locus prouocationi, & ita non erepta Pop. potestas. Locus est Ciceronis præclarus, ubi perspicere licet quomodo hę quæstiones perpetuæ essẽt diuisæ, in ora. pro A. Cluentio. Quid M. Pletorii, & C. Flaminii inter sicarios, Quid C. Orchinii peculatus, Quid mea de pecuniis repetundis, Quid C. Aquilii, apud quẽ nunc de ambitu causa dicitur. Quid aliæ quæstiones. Principem eundẽ iudicũ uocat Ascon. in 3. in Verrem sub finem. In iudicio Cluentii prætor Q. Naso. Quæsitor Q. Voconius. In qua re errant nonnulli qui eundem putant esse quæsitorem, & prætorem. Nec est quod ullus obiiciat mihi Asc. in argumẽto Milonianæ, ubi Domitium uocat Quæsitorẽ semper, item & Torquatum, Vide pag. 82. b. Nam Prætoris loco sedebat Pompeius tunc Cos. solus, cum uacaret magistratibus Resp. ob seditionem. Et idem per suam legem suffragio populi creari quæsitorem uoluit ex consularibus uiris Domitium. Tamen me offendit, quod ibidem pag. 82. & 6. Tribunal Domitii uocat, cum tamẽ Prætor pro Tribunali sedere soleret, non Quæsitor. Responde cum Pompeius Cos. abesset, Domitium functum officio Quæsitoris, & Prætoris. Nam Pompeius quo die

exercebatur

exercebatur iudicium illud, sedebat ad ærarium nō longe à foro ubi sedebant Iudices. Asc. 83. Sed in hoc iudicio Clodiano præter consuetudinem fuit, ut Quæsitor à pop. crearetur. Munus Prætoris erat uidere, ne impediretur in ijs, quæ Imperii sunt. Quint. lib. 3. Quæsitor in iis, quæ ad causæ cognitionem. Quęsitor quærebat de crimine, & sedebat in subselliis, ut differret à Prætore, testes audiebat, dum interrogarentur. nam interrogabantur ab aduersariis. Vide in argumento Milonianę, ubi ipse Milo interrogat testes Clodianos, & è contrario.

De Sortitione Iudicum, & de urna Asc. in secunda in Verrem pag. 16. De reiectione concessa accusatori, & reo, & cur. Asc. ibid. De subsortitione in locum reiectorum, ut compleretur numerus legitimus. Asc. ibidem. Quòd iudices iurarent, quòd in diuinatione non iurarent. Asc. ibidem pag. 1. b. Quòd Prætor nō iuraret. Asc. in secunda in Verrem pag. 16. b. Quòd nomina iudicum tabellis consignabantur, & ubiq; habebantur, ne aliquis obreperet, ibidem. Quinos ex singulis ordinibus reiici solere ab accusatore, & reo, ita ut numerus relinqueretur iudicum LI. reiiciebantur ergo XXX. hinc collige numerum Iudicum. Asc. in Milone, 83. b. De pilis, in quibus nomina iudicum erāt scripta unà cum accusatore, & reo, 81. De duobus horis datis accusatori per legem Pompeiā, & tribus reo, Cic. in Bruto, & Asc. in Mil. 82. b. Hora decima dimissum iudicium Asc. in Mil. Si meridie iudicatum erit; Cic. in prima Ep. lib. primi ad Att. Triumuiros capitales de seruis, & quisquiliis hominum iudicasse collige ex Asc. in Mil. 81. b. item ex Cic. in Diuinatione, ubi ait, Vestri ordinis reos. & Asc. ibi, pag. 10. ibidem de columna Menia. Hinc Hor. in odis. flagellis sectus triumphalibus. De ampliatione, & comperendinatione Asc. in Verrem pag. 30. qui locus tamen mutilus est, & corruptus, ut ego alibi. De notis & tabulis absolutoriis, & damnatoriis in Diuinatione Asc. pag. 6. b. De cētumuiris, & cētumuiralibus causis. Cic. li. primo de or. ubi de causis paruis. Centumuiris causas delegabat Prætor, si quærebatur de iure. Si quærebatur de facto, Prætor dabat aut Iudicem, ut pro Quintio, aut iudices, qui dicebantur Recuperatores, si neq; de iure, neq; de facto, ipse prætor suum interponebat decretū. ex Cicerone lib. primo de or. Aediles iudicabāt de

annona

annona, de uiis, & de uenditione rerum. Appellationem a iudicibus ad se Aug. delegabat Prætori urbis. Suetonius in Aug. num.33. his uerbis: Prouinciarũ autẽ appellationes delegauit cõsularibus uiris, quos singulis prouinciarum negotiis præposuisset. Hæc ego de iudiciis hactenus summatim dixi.

EIVSDEM.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS.

De legionibus Romanorum ex Dione Lib. LV.





VGVSTI ætate legiones erant 23. uel ut alii scripserunt 25. addit ibi Dion πολιτικά, idest urbanæ, sed idem ait sua ætate (Seuero Imperante) tantum ex iis 16. reliquas esse.

Leg. prima Aug. quæ in Britannia superiore hyemabat.

Legg.	III.	Vna in Phœnicia, Gallica. altera in Arabia, Cyrenaica. item alia in Numidia, Augusta.
Leg.	IIII.	Scythica, in Syria.
Leg.	V	Macedonica, in Dacia.
Leg.	VI.	Dux; Altera in Britannia inferiore. Victrix. Altera in Iudæa. Ferrea.
Leg.	VII	In Mysia superiore, Claudia.
Leg.	VIII	Augusta. in Germania superiore.
Leg.	X	In Pannonia superiore, Gemella, & in Iudæa.
Leg.	XI	In Mysia inferiore, Claudia.
Leg.	XII	In Cappadocia κεραυνοφόρος idest Fulminatrix.
Leg.	XIII	In Dacia, Gemina.

Leg.

Leg. XIII In Pannonia ſuperiore. Gemina.
Leg. XV Apollinea, ἀπολλώνειοι, in Cappadocia.
Leg. XX Victrix in Valeria, & in Britannia ſuperiore.

Hæ reliquæ erant Dionis ætate legiones ab Auguſto inſtitutæ, nam aliæ prorſus dimiſſę fuerant, alię tum ab ipſo, tum ab aliis commiſtę, unde & Geminæ dictæ.

CATALOGVS LEGIONVM AB ALIIS Impp. conſcriptarum poſt Aug. uſq; ad Seuerum, ex Dione lib. eodem.

Imp. Nero conſcripſit.		Leg. Primam Italicam, quæ hyemabat in Myſia inferiore.
Galba.		Primam Auxiliatricem in Pannonia inferiore.
	Item	Leg. VII. in Iberia.
Veſpaſianus.		Leg. II. Auxiliatricem, in Pannonia inferiore.
	Item	Leg. IIII Flauiam. In Syria.
Domitianus.		Leg. Primam Athenienſem. In Germania inferiore.
Traianus		Leg. II. Aegyptiam.
	Item	XXX. Germanicam. quæ & Antoniana dicta poſt. à M. Ant. Imp.
	Item	II. in Norico.
	Item	III. in Rhætia. Italicam.
Seuerus.		Leg. Primam Parthicam.
		Tertiam Parthicam. in Meſopotamia.
	Item	Leg. Secundam in Italia.

Hæ diſtinguũtur ab urbanis. i. quæ in urbe excubabant, quas ipſe appellat ἀστικά, & à prætorianis. ipſe uocat δορυφορικοὺς & σωματοφύλακας.

Prætorianorum Aug. ætate erant decem millia in decem cohortes diuiſa, quarum ſingulæ mille continebant.

Vrbanorum militum erant ſex millia in quatuor partes diuiſa præter hos ſocii Equites, & pedites, claſſiarii quoq;.

Itidem Equites externi Bataui.

Item Voluntarii quidam.

Nunc

Nunc explicanda sunt nonnulla, quæ Catalogo hoc legionum cõtinentur. Ac primu'm sciendum est in historiis perspici numerum legionum, quibus bellum gerebant Ro. Liu. lib. 2. ab Vr. cond. pag. 16. Cũ Volsci, Equi, & Sabini omnes in armis essent, ait legiones X. effectas, quarum ternæ Coss. datæ, quatuor Dicta tori. Legiones idem. ait olim conscribi solitas quinis millibus peditum, trecentenis equitibus. lib. 8. pag. 72. Item decẽ, sed quaternu'm millium peditum; C C C. equitum. lib. 7. pag. 67. Cu'm Latini defecissent ex urbana, & agresti multitudine. Ibi uide Liu. mirantem, & cõferentem suam ætatem cum illa propter luxum. Idem Liu. lib. 9. ubi confert Alexandri potentiam cum Romanis, ait, tunc in ciuitate per lustra censeri solita ducena, quinquagena millia capita. atq; urbano delectu. X. legiones scribi solitas, idest quaternos, quinosq; exercitus, nam duæ legiones unũ cõficiunt exercitum. Punico bello II. ut idem Liu. lib. 4. pag. 131. ait, bellum est gestum legionibus duodeuiginti. binas Coss. dari. binis Galliam, Siciliam, ac Sardiniam tueri duabus in Apulia, duabus circa Luceriam, unam in Piceno. una circa Brundusiũ ad classem, duas urbi esse præsidio. & lib. V. pag. 138. uigintitribus legionibus bellum gestum. Idem lib. 6. 2. belli pun. sub initiũ pag. 147. bellum gestũ legionibus triginta tribus.

REGVLA.

Item sciendum primam, 2. 3. & 4. Legiones nominari apud Liu. florente Rep. sed nõ eo modo, quo postea apud Impp. Liu lib. 2. quintæ dec. sortiri Coss. iusserunt. P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obuenit. Legiones inde sortiti sunt. Prima, & tertia ut in Macedoniã traiiceretur. secunda, & quarta in Italia remanerent. & lib. primo V. Dec. M. Ebutius Trib. Mil. 2. Legionis. In quo errãt nonnulli, qui 2. 3. & 4. legg. ante constitutum Imperium purant ita appellatas, ut post, nam id uerum non est. Quale hoc sit cognosce ex Polybio lib. primo de Castram. Ro. nam ubi exponit, quomodo haberetur delectus ait, Tribb. primi primæ Leg. mox Trib. 2. deinde 3. postremo 4. rursus primi 2. leg. ibi uide 4. legiones, nam duo erant exercitus consulares.

REGVLA.

Item sciendum a' legionibus oppida nominari solere, & Colonias.

Ptolem. lib. secũdo Geogr. cap. 9. Tab. Eur. tertia: Tricesima Vlpia. Vetera Castra. Agrippina. tùm Bonna, & Legio prima Traiana, inde Moguntiana.

REGVLA.

Sciendum postea legiones ab Impp. appellari solitas. ab Antonino Antoninianas itidem Cõstantianas, Gratianenses, Valentinianas, Theodosianas, Honorianas. Vide Scotum lib. de præfecturis 18. Ante Impp. hæc nomina à ducib. non fuerunt in usu eodẽ modo. Quare miror nonnullos fuisse, qui has protulerunt legionũ appellationes, ut Iulianas, Lucianas, quia App. lib. 5. Ciuil. bellorũ Lucii legiones apud Albam dissidentes erant. Hæ quidem legiones dicuntur, quæ eum haberẽt ducem, Iulium, Pompeiũ, Antonium, Gabinium, sed non inter solennia cognomenta Legionum debẽt referri, qualia fuerunt postea ætate Impp.

REGVLA.

Legionum appellationes seu cognomenta, quinque generum sunt primum à numero, ut III. V. X. Alterum ut Rapax. Fulminatrix Auxiliatrix. ab effectu, & proprietate aliqua. Tertium à mistione, ut Gemina. Quartũ ab Impp. ut Antoniniana, Honoriana. Quintum à regionibus, seu genere militum, ut Germanica.

Si quæras quo tempore primùm appellari cognomentis cæperint Legiones. Respondeo ante Iulii Cæsaris ætatem me non obseruasse. Is igitur in suis Comm. lib. 2. de bel. Gall. ait. Cæsar cùm septimam legionem, quæ iuxta constiterat, item urgeri ab hoste uidisset. Item sub initium lib. 3. Cæsar Ser. Galbam cum legione duodecima, & parte equitatus. & lib. eodem. L. Crassus adolescens cum legione septima, & lib. 4. Legione una ex consuetudine frumentatum missa, quæ appellatur septima, & lib. 5. At milites legionis septimæ. & Hircius lib. 8. de bello Gall. sub finem. nam Cn. Pompeius Legionem primam, & ibidem. Legionem XIII. in eius locum in Italiam misit. lib. 7. de bello Gall. Cæsar Germanos summittit, legionesq; pro castris constituit. Et sciendũ Legiones tunc nõ confici cõsueuisse ex externis, ideo ibi Legiones Ro. intelligere debes, & ob id separari à Germanis.

Post quam hæc à nobis declarata sunt, monitos uelim omnes antiquitatis studiosos, ut in sepulcris, & inscriptionibus militaribus Ro. quæ extant, animaduertant semper declarari, qui fuerit ille miles, cuius legionis, aut cohortis; duas enim in primis differẽtia

tias apponere ſolebāt, alterum ex legionibus, alteram ex cohortibus prætoriis, quæ res tota qualis ſit ex ſuperiore diſtributione Dionis facile cognoſci poteſt.

Tiferni hæc eſt inſcriptio, de qua etiā ante.

C. ANINIVS C. F. POM. GALLVS
DOMO ARRETIO EQ. LEG. IIII.
SCYTH. MILITAVIT IN
PR. AN. XVII.
EVOCAT. AN. II.
EQ. IN LEG. SCYTHIC.
AN. XVIIII.

Ecce, ut hic primum militauit inter prætorianos, mox inter Euocatos, poſtea Eques meruit in legione quarta Scythica. Sic gradus militiæ facile perſpici poſſunt.

Eſt & Mutinæ hæc ad ædē Diui Geminiani.

Q. AMBILIVS T. F.
POL. TIRO MVTIN.
MILES COHORT. VII. PRAET.
T. GRAECINI. VIXIT AN. XXXII.
MILITAVIT AN. XII.
ARBITRATV
MYMMELIAE VERECVNDAE
SORORIS

Eſt & hæc Tranſyluanica, Albæ Iuliæ, in qua mentio fit legionis XIII Geminæ.

P. AELIVS VETVSTINVS
MILES LEG. XIII. GEM.
STIP. V. VIX. AN. L.

Eſt & hęc ibidem, in qua mentio fit leg. ANTON.

VICTORIAE
ANTONINI AVG.
L. ANNIVS ITALICVS
HONORATVS LEG.
AVG. LEG. XIII. GEM.
ANTONINIANAE.

Ac ne longior ſim, iam facilis eſſe poteſt obſeruatio antiquitatis huiuſmodi.


FINIS.


FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE MAGISTRATIBVS IMPP.





VETONIVS in Aug. de ipsius consulatib. num. 26. ita scribit. Secundum cõsulatum post annos ix. Tertium anno interiecto; sequentes usq; ad undecimum continuauit. multisq; mox cùm deferretur, recusatis. Duodecimum magno idest septemdecim annorũ interuallo, & rursus tertium decimum biennio post ultrò petiit, ut C. & L. filios amplissimo præditus magistratu suo, quenq; tyrocinio deduceret in forum. Cassiodorus quidem aliter Consulatus recenset in sua Chronologia, nec satis scio, quem secutus fuerit. Suetonii autem probabilior hæc est, & uerior ratio, nam cũ marmoribus antiquis, & cum numismatis, ut ostendam, conuenit. De consulatu II. mentio est in numismatis. Vide in argenteis numis. numero 23. COS. ITER. ET III. DESIG. ubi lituum uideas, guturnium, pateram, & aspergillum sacrũ, In his consulatibus Aug. considerandum, quid de more, quid cõtra morem maiorum sit. primùm quòd secundum consulatum gesserit post annos ix. sciendum hoc tempore interiecto fuisse illum Triumuirum Reip. cõstituẽdæ in annos V. mox in alios V. Quod etiam annotatum fuit in ipsis marmoribus Rom. item in numism. Arg. num. 9. Lepidus Pon. Max. III VIR. R. P. C. & in aliis. Et Reip. causa cõstituendæ, additum fuit, ut differrẽt ab aliis triumuiris, qui erant A. A. A. F. F. nam & ijs licebat suum apponere nomen in numis. Legem sciendum fuisse olim

latam

latam à Cornelio Sylla de non continuandis magiſtratibus, ut ne quis Conſul fieret, niſi poſt X. annos, Vide App. lib. primo. Ideo Marius ſolutus fuit lege, ut ante decennium petere poſſet, Vide Plutarc. in Mario. Sed multò ante etiam legi poteſt apud Liu. ab Vr. cond. lib. 7. contiuuari magiſtratum fuiſſe cõtra Remp. Idem lib. 3. pag. 25. 80. totidem uerbis, Tribuni refecti altero anno, hoc contra legem, & eodem lib. ac pag. Quintius Cos. ſe renunciari noluit contra S. C. cùm plebs uellet illum reficere. De continuatione magiſtratuum Liu. lib. eodem. pag. 27. Sic enim ueteres loquebantur; De nou reficiendis ijsdem Coss. de non continuandis magiſtratibus. Cor. Tac. lib. primo non lõge ab initio de Auguſto iam mortuo ita ait. Numerus conſulatuum etiã celebrabatur, in quo Valerium Coruinum, & Mariũ ſimul æquauerat. Velleius lib. poſteriore. Conſulatus tantummodo uſq; ad undecimum, quem continuare Cæſar cùm ſæpe obnitens repugnaſſet, impetrare non potuit. Ex quibus intelligi poteſt continuationem conſulatuũ fuiſſe contra morem in conſulatibus Impp. illud etiam contra morem, quòd conſulatum gerebant, quàm diu uellent, & alterum, pro ſuo arbitratu, ſufſici uolebant. Ideo Suetonius ait, cæteros Conſulatus partim nouem menſibus tantùm, partim quatuor, partim tribus, partim pauciſſimis horis cùm geſſiſſet, abiit magiſtratu. Hoc florente Rep. nunquam leges factum, niſi ſi aliquid incidiſſet, propter quod uitio diceretur creatus, ſic enim abdicabat. Valerius Max. lib. primo de auſpiciis multa exempla habet. itidem uide ſæpe apud Liuium, & in marmoribus Ro. annotatum. Quòd ſi mortuus eſſet, itidem ſuffici ſolitus eſt alter, ut in primo Conſulatu ab Vr. C. Liu. lib. 2. refert, & formula ſolennis eſt in marm. Ro. hæc. IN M. M. E. in E. L. F. E. Tertium cõtra leges ueteres & illud fuit, ut abſens crearetur, & in prouincia iniret magiſtratum. Ne abſentium haberetur ratio legem tulit Pompeius, Suet. in Iulio Cæſare. Plutarch. etiam in Cæſare, ſed cùm edictis iam comitiis ratio ipſius haberi non poſſet, niſi priuatus urbem introiſſet, & ambienti, ut legibus ſolueretur, multùm contradicerent, coactus eſt triumphum, ne cõſulatu excluderetur, dimittere. Sed Impp. tempore hæc ſeruari ſolita non ſunt, Vide Suet. in Caligula num. 17. Conſulatus quatuor geſſit, primùm ex Cal.
Ianuariis

Ianuariis per duos menſes;ſecundum ex Cal. Ianuariis per XXX dies. Tertium uſq; in idus Ianuarii. Quartum uſq; in VII. idus eiusdem. Ex omnibus duos nouiſſimos coniunxit. Tertium Lugduni ſolus iniit. Idem in Tib. num. 10. Magiſtratus & maturius inchoauit, & penè iunctim percucurrit. Quæſturã, Præturam, Conſulatum. Interpoſitoq; tempore Cos. iterum, etiam Tribunitiam poteſtatem in quinquennium accepit. Poſſem & alia afferre loca, ſed omnia eiusdẽ ſunt generis. Nunc breuiter explico, cur Trib. poteſtatẽ recipere uellent Impp. Prȩter alios magiſtratus, quos Impp. gerere uolebãt, erat tribunicia poteſtas, ſic ipſi uocabãt .i. tribunatus Pl. Maxima authoritas in Rep. Ro. fuit Tribb. intercedendi, referẽdi, accuſandi, habẽdi comitia tributa, ferẽdi rogationes, & leges, de quib. omnibus ſingillatim alibi eſt a' me dictum. Ideo Sylla rerũ potitus imminuit poteſtatem Tribb. Vide Plutarc. in Sylla, & Aſco. in Diuin. quam poſtea reſtituit Pompeius cum Craſſo Cos. Hanc igitur Impp. ſibi reſeruarunt, ut ſummo eſſent iure in omnib. rebus agendis. Hinc in numiſmatib. Impp. uideas enumerari annos Trib. Pot. in Auguſto ex ære num. 22. Trib. Pot. XXIIII. Item & Pont. Max. Sed poſtea de hac re. Vide Suet. num. 11. in Tib. ubi ait, Rhodi cùm eſſet, ius tribunitiæ poteſtatis exercuit in Antiſophiſtam quendam, qui ipſum conuitio laceſſere erat auſus, quòd propẽſior eſſet in alterum, & ſtudioſior alterius partis, citatum enim pro tribunali iuſſit rapi in carcerem; & ibidem tamen ait, ſine lictore ipſum, & uiatore prodiiſſe. Idem Suet. in Tib. num. 9. Tribunitiam poteſtatem recepit in quinquennium. & idem nu. 16. data rurſus poteſtas Trib. in quinquennium. Quòd iure poteſtatis Trib. cogerent Senatum Impp. uide Suet. in Tib. eodẽ num. 23. Iure Trib. Pot. coacto Senatu, inchoataq; allocutione. Dion lib. 53. pag. 344 Trib. Pleb. noluerunt Impp. creari, quia ad plebem id pertinebat, ſed ipſam poteſtatem tribunitiam retinuerunt. uide ibi multa, & unà cum pot. Trib. cœpiſſe dinumerari annos ἀρχῆς αὐτῶν. quòd quàm ſit uerum quæro. nam Tiberius, (ut ex Suet. patet) ante mortẽ Auguſti Trib. poteſtatẽ eſt adeptus. de Tribunatu Auguſti loquitur Suetonius in uita ipſius num. 28. his uerbis, Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit, in qua ſemel, atq; iterum collegam ſibi cooptauit per ſingula

luſtra.

luſtra, qua quidem in re quatuor uideo præter conſuetudinem, & noua. primum, quòd perpetuam hanc recepit poteſtatem. Alterum, quòd unus collega, nec ſemper. Tertium, quòd per ſingula luſtra. Quartum, quòd ipſe cooptauerit. Tribunos decem fuiſſe patet ex Cic. lib. 3. ad Att. & in or. pro P. Seſtio. itidem ex Liuio lib. 3. ab Vr. cōd. pag. 27. bini. n. ex ſingulis claſſibus creati. Ac ſanè cum Tribunitiam poteſtatem nominarent Impp. non ipſos dicerent tribunos Pl. argumento eſt ipſum Imp. ſolùm tribunatus poteſtatem recepiſſe, & ſi ego ex Suet. in Tib. nominari Trib. Pl. oſtēde. Nimirum id fiebat, cum ipſe Imp. eam poteſta. non aſſumebat. Sed an. X. crearentur, non liquet, neq; enim id narrant hiſtorici. Tribuni florēte rep. erant annui, ut ſatis eſt notū, nec refici poterant in alterū annū. Vide Plut. in Gracchis. Sed refectos interdum legas per uim. Vide Liu. lib. 3. pag. 25. Cùm uerò Suetonius ait, per ſingula luſtra Auguſtùm recepiſſe poteſtatem tribunitiam, ſignificat quinquennium. Sic in Tib. legas, numero. 9. illi tribunitiam poteſtatem datam in quinquennium. Quòd autem ipſe collegam ſibi cooptaſſet, & hoc nouum, nam alio modo fieri cooptatio Tribb. ſolita. lex enim erat, ut creati quinq; alios collegas ſibi cooptarēt ſi propter diſſenſionē alii creari nō poſſent. Liu. lib. 3. pag. 32. lin. 50. Cēſurā etiā gerebāt Impp. Dion id refert lib. 52. pag. 334. poſtquam rerū potitus eſt Aug. & Imperatoris nomen ſibi aſſumpſit in V. Conſulatu his uerbis.

μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ ἀγρίππᾳ ἄλλα τε ἐπηνώρθωσε, καὶ τὴν βουλὴν ἐξήτασε· πολλοὶ γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ πεζοὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐβούλευον.

Ibi uide ab ipſo Cenſ. Senatum expurgatum. Senatores enim tùm mille fortè erant. Vide Suet. num. 35. de hac re loquentem.

Notam inuſtam indignis Senatoribus, & patritios allectos permittēte Senatu. Conſulares feciſſe duos, qui Coſs. non fuerant ante.

καὶ αὐτῶν ἠτίμωσε μὲν οὐδένα, τὰ δὲ ὀνόματα τῶν δευτέρων ἐξέθηκε.

Suetonius etiam in Auguſto num. 37. ait. Cenſores creari deſitos lōgo interuallo creauit. Quare miror cur Cenſores huius ætatis, & luſtra non appoſuerint nonnulli in ſuis faſtis, cùm hiſtorici de ipſis faciāt mentionē. Cur autē ſibi Cenſorū nomen, & poteſtatē aſſumerent Impp. refert Dion lib. 53. car. 344. his uerbis.

ἐκ δὲ τοῦ τιμητεύειν καταλέγουσί καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον. τοὺς δὲ καὶ ἀπαλείφουσιν ὅπως ἂν τοῖς δοκῇ. & ibidem, ſed ante τούς τε βίους καὶ τοὺς τρόπους ἡμῶν ἐξετάζουσι, καὶ ἀπογραφὰς ποιοῦνται. Tu uerò Cenſum intellige.

Ibidem

Ibidem :45. Dion scribit Impp. sua ætate (Seueri autem ætate scribebat historiam) Cess. nomen non assumere solitos, sicuti priores usq; ad Domitianum.

Οὐ μὲν ἔτι τοῦτο γίνεται. οὐ γὰρ ἄρχοι αὐτῆς ἔχονται οὔτε αἱροῦνται ἐπ' αὐτήν, οὔτε τὴν πρόσκλησιν αὐτῆς πλὴν ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς κτῶνται. Hæc ita refert Dion, sed nota non omnes usq; ad Domitianum ab Aug. nam Suet. in D. Claudio ait ipsum reuocasse in usum censuram: de Censura, quam gessit Claudius Imp. lege Cornelium Tac. lib. 7. car. 137. itidem in antiquis numismatibus Domitiani ex ære num. 34. uideas Victoriam cũ hac inscriptione.

IMP. XXIIII. COS. XVI. CENS. PP. P.

& 50.

Vbi palma est Imp. XXI. Cos. XVI. Cens. PP. P. S. C.

& 56.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PERP. P. P. P.

Vide ut Censor perpetuus dicitur.

In Marmorum etiam inscriptionibus, & in Arcu Vespasiani & Titi F. qui adhuc Romæ uisitur.

Imp. Cæsar Diui F. Vespasianus Augustus Pontifex Max. Trib. Pot. V. Imp. XVII. P. P. Censor Cos. VIII.

De Censura Augusti uerba hac profert Suet. Morum regimen perpetuum recepit. qua in re tria sunt annotanda, quæ præter consuetudinem, & noua uideri possunt. Primum, quod Censor dici noluit. alterum, quod perpetuam potestatem illam esse uoluit. Tertium, quod sine collega. nam morum regimen ad Censores spectasse satis constat, & si causa primum creandi Cẽsores fuit, ut cum Coss. essent bello occupati, ipsi censum agerent, ut Liu. declarat lib. 4. ab V. C. pag. 35. & de primo censu in uilla publica acto idem loquitur lib. eodem pag. 110. Census autem differebat a lustro, nam sæpe census agebatur prætermisso lustro, ut ex Liuii uerbis lib. 3. ab V. C. cognosci potest. ubi ait. Census actus eo anno, lustrum propter Capitolium captum, Consulem occisum, condi religiosum erat. & Dionysius Halic. in secundo Consulatu mentionem fecit census, lustri autem non fecit propter mortem alterius Cos. Censuram uero non perpetuam fuisse, sed quinq; annorum declarat Liu. lib. 4. pag. 38. ubi etiá refert, Aemilium

ſium Mamercum legem ferre conatum, ut cenſura eſſet annua, & ſemeſtris. Sed à Cenſorib. ob id tribu motus fuit. Præterea Cẽſo res duos creari ſolitos ibidẽ cognoſci poteſt. Intelligere iam qui-libet poteſt, opinor, quo modo ſe cẽſura habuerit ætate Impp. & quando renouatum hoc fuerit nomen, nam quando deſierit incertum eſt, tametſi coniectura facilè quiuis aſſequi poteſt. nam Cinnanis, & Marianis temporibus ſublata de medio Cen-ſura fuit. Aſc. in diuin. pag.3.4. multa refert de Cenſoribus, & cẽ ſura, quæ illic legi poſſunt. Hoc unum ad rem noſtram ſpectat, quod ait illic Cic. in tanta libidine nocentiſſimorum hominum plebem tunc poſtulaſſe Cenſores, quod nomẽ tam triſte (inquit Aſconius) & ſeuerum Po. Ro. ſic oderat, ut intermiſſum eſſet per plurimos annos. Craſſus quidem de ſe Cenſore, cùm Rhe-tores latinos expulit Roma, meminit lib.3. de or. quo loco conſi derari tempus poteſt, quo Romæ adhuc erat cenſura. Auguſtus igitur tantò poſt ipſam renouauit, ſed rurſus intermiſſa eſt uſq; ad D. Claudium. Vide Suet. in eius uita. num. 16. ubi ait, geſſit & cenſuram intermiſſam diu poſt Paulum, Plancumq; Cenſores. Hæc à me hactenus de cẽſura Impp. dicta ſint. Nunc alia quædã percurro, quæ ad illorum magiſtratus, & poteſtatem pertinent, Etiam ſoluti legibus (ſi quid hoc fortè ad magiſtratus ipſorum ſpe ctat) erant Impp. Vide Dionẽ lib. eodem LIII. Pag.345. in græ cis Pariſinis. λέλυνται δὲ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ ῥήματα λατινικὰ λέγει. τοῦτ' ἐστὶν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. Nunc magi-ſtratus Tiberii ex Suetonio colligo ordine ita geſtos, ut res ipſa perſpici poſſit. Quæſtura, Prætura, Conſulatus, interpoſito tem pore rurſus Conſulatus alter. poſtremò Trib. pl. ſeu Tribunitia Poteſtate in quinquennium. Vide Suet. num.9. in Tiberio. Idẽ deſignatus Prætor ſuſcepit etiam liberam legationem, num. eo-dem. Nunc dicamus de Comitiis, qua fuerint poteſtate poſt euerſam Remp. C. Iulius Cæſar ita ſtatuit referente Suet. num. 41. Comitia cum populo partitus eſt, ut exceptis Conſulatus cõ petitoribus, de cætero numero cãdidatorum pro parte dimidia, quos Populus uellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ip ſe dediſſet, & edebat per libellos circum Tribus miſſos ſcriptura breui. Cæſar Dictator illi tribui. commendo uobis illum, & illũ, ut ueſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneat. AVGVSTVS ue-

ro etiam comitia retinuit, Suet. num. 56. quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, Tribus cum candidatis ſuis circumibat, ſupplicabatq; more ſolenni, ferebat & ipſe ſuffragiũ in tribu, ut unus è Populo. itidem num. 40. comitiorum priſtinum ius reduxit, ac multiplici quidẽ pœna coercito ambitu. Dion uero lib. 53. pa. 346. nõ ita libera fuiſſe comitia Aug. ætate ſignificat, his uerbis. ὅτι δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας, καὶ ὁ πλῆθος ἂν συνιλέγετο, οὐ μέντοι, καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. CAIVS autem Caligula de comitiis ita ſanxit, ut Suet. teſtatur in eius uita. num. 16. his uerbis, tentauit, & comitiorum more reuocato, ſuffragia Populo reddere, quem locũ ita puto intelligendum, ut non quidem ſublata comitia fuiſſe ante dicat à Tiberio, ſed non ita liberè ſuffragia ferri ſolita, ut declarauimus. VITELLIVS autem in hunc modum ſtatuit, ut cognoſci ex Suetonii uerbis poteſt, num. 2. Comitia in decennium ordinauit, ſeq; perpetuum Conſulem. quod quomodo ſit intelligendum, quia ſatis patet, plura non dicam. DOMITIANI etiam ætate comitia erant, ut elici poteſt ex Suetonii uerbis, nu. 10. Comitiorum die conſularium deſtinatum Flauium Sabinum perperam præco, non Conſulem ad populum, ſed Imperatorẽ pronunciauit. MARCI ANTONINI Philoſophi Imp. ætate uideo comitiorum factam mentionem. Iulius Capitolinus pag. 191. ita ſcribit. comitiis præterea uſq; ad noctem interfuit frequenter, nec unquam de curia receſſit, priuſquam Conſul dixiſſet, nihil uos moramur. Cornelius Tacitus grauis author hiſtoriæ Auguſtæ lib. 1. contra omnium hiſtoricorum ſententiam aſſerere uidetur à Tiberio ſublata comitia, his uerbis. Tum primùm è campo comitia ad patres translata ſunt, nam ad eam diem & ſi potiſſima principis arbitrio, quædam tamẽ tribuum ſtudiis fiebant, neq; populus ademptum ſibi ius queſtus eſt, niſi inani rumore. hæc ille. Præter Magiſtratus, etiam ſacerdotia aſſumebant Impp. nam Pontifices max. in primis creari ſoliti ſunt, Suet. in Aug. num. 31. idem in Tito num. 9. & in aliis, quod in numiſmatis antiquis apertè cognoſcitur. Dion cauſã explicat lib. 53. his uerbis. οὕτω πάντων αὐτοὶ καὶ τῶν ὁσίων, καὶ τῶν ἱερῶν κυριεύουσι. Itidem procoss. dicti Impp. Sed extra pomœrium. ibidẽ Dion.

Magiſtratus C. Caligulæ, ex Suet. num. 17.

Conſulatus quatuor.

I per

1 Per duos menſes } hunc Lugduni iniit.
2 Per XXX. dies
3 Per XIII. dies } Hos duos continuauit.
4 Per XII.

Magiſtratus D. Claudi. num. 14
Conſulatus ſuper priſtinum quatuor

1 } iunctim. } per duos menſes.
2 } in tertio ſuffectus eſt in locum
3 quarto quoq; anno } demortui, quod in principe an-
4 per ſex menſes. } te non eſt factum.

VITELLIVS.

Comitia in X. annos ordinauit (ita loquitur Suet.) ſeq; perpetuum Conſulem. Suet. in Vitel. num. 11.

TITVS VESP. F.

Cenſuram cum patre geſſit.
Eidē fuit collega in Trib. pot. } Vide Suet. num. 6. in Tito.
Et in ſeptem conſulatibus.

DOMITIANVS.

Cæſar conſalutatus honorē præturæ urbanæ cum conſulari poteſta te ſuſcepit titulo tenus. Suet. nu. 8. Suſcepta morum correctione author fuit Trib. pl. ædilem ſordidum accuſandi. num. 8. obſerua fuiſſe aliquando Tribunos pl. etiam Impp. ætate. Ad Magiſtratus Impp. etiam hoc ſpectat, quod refert Aelius Spartianus in Hadriano pag. 176. ipſum in municipiis, & oppidis tùm in Italia, tū extra Italiam magiſtratus geſſiſſe, ait enim; in Etruria præturam Imp. egit. per latina oppida Dictator fuit, Aedilis, Duumuir, apud Neapolin Demarchus, Athenis Archon fuit. Legem annalem ſeruare non ſolebant Impp. in magiſtratibus, quæ olim ſeruari conſueuerat. Capitolinus in Antonino Pio. 186. id ſatis declarat, his uerbis. Verū Antoninum poſt quæſturam Conſulem fecit, & ſi legas interdū, id factum impetrata uenia legis. Lampridius in Cōmodo id confirmat his uerbis. Venia legis annariæ imperata Conſul eſt factus, quod etiam florente Rep. interdum fieri conſueuiſſe ſcimus; nā ſoluti hac lege ante tēpus interdum Coſs. fiebant. Hæc de Magiſtratibus Impp. à nobis dicta ſint.

FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE FAMILIIS ROMANORVM.



DE Familiis Romanorum, quomodoq; externi solerent hoc ius adipisci dicendum est. itidē de patritiis, & plebeiis, deq; patritiatu, & quomodo posset aliquis ipsum adipisci, postremo de Senatoribus, quiq; nobiles dicerentur. Sed priusquā aliquid dicamus, nonnulla uocabula nobis declaranda, ut res tota facilius intelligi possit; Gens, Familia, Gentiles. Agnati, longe secus fortasse, ac à nōnullis hactenus declarata fuerunt. De gente Sex. Pompeius lib. 7. Gens Aelia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur. Idem lib. 11. Manliæ gentis patritiæ decreto. Gentiles. Idem Festus lib. 7. Gentilis dicitur ex eodem genere ortus, & ii, qui simili nomine uocātur, ut ait Cincius, Gentiles sunt, qui meo nomine appellātur. Nomen uerò debet intelligi in ius desinens, quod familiā denotat. M. Cic. in Top. ita definit gentiles. Gentiles, qui eodem inter se nomine sunt, ex ingenuis orti, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. quo loco adnotandum est, seruorum non dici familiam, aut gentem, nullam enim habent, sed incipere dici à liberto, & libertinis, ita enim intelligendus locus; nec debet referri tantùm ad patritios, sed etiam ad plebeios, & omnes ingenuos. Ideo Sex. Pompeius lib. 6. ait. Familia in liberis hominibus, quorum dux, & princeps generis pater familię dicitur, & mater. hinc idem Cic. in lib. de uniuersitate, homines qua

si Deorum gentiles uocat, Gentiles igitur dicebantur, qui nomine conueniebant eo, quod in Ius desinebat, ut ante dixi. Hinc Cicero in Bruto. Tuus gentilis, Brute, M. Pennus. nam hic Iunius appellabatur, sed differebat cognomine; etiam idē Cicero in eodem Bruto Tullium Regem gentilem suum uocat. Ideo Valerii, quamuis cognomina diuersa haberent, ut Messala, Coruinus, & alia. dicebantur esse gentiles inter se. De familia Sex. Pompeius idem aperte ait lib. 7. Gens Aelia appellatur, quæ ex multis familiis conficitur. & Idem lib. 6. ut ante, & Suetonius in Augusto. Duplex Octauiorum familia. Agnati uero dicti, qui ex eadem erant familia, & ita intelligenda antiqua illa lex de furioso. AGNATORVM, GENTILIVMQ. EIVS. & Cicero lib. primo de or. Agnationum, & gentilitatū iura. Penni, & Bruti inter se gentiles sunt, sed non agnati. Messalæ. Publicolæ. Maximi. Coruini inter se gentiles sunt, sed non agnati, quia conueniunt nomine gentilitio. Agnati autem dicūtur, qui conueniunt cognomine (inquiunt quidam) id uerum non est, nam Maximi uocantur Fabii, & Valerii, non tamē agnati inter se sunt. Nullus uero agnatus inter se, qui etiam gentilis non sit; ut Cicerones omnes, omnes Maximi. sed gētilis esse potest, etiam si non fuerit agnatus. Dicendum est igitur ad agnationem requiri nomen, & cognomen simul. ut Tullius Cicero. Valerius Maximus. Venetiis hac nostra ætate non cognominibus quidem distinguntur agnationes, sed alia quadam ratione, ut in clarissima Delphinorum familia. Vnum in stemmate alii gerunt Delphinum: alii tres. Hi omnes gentiles sunt inter se, sed non agnati. Agnati tantum, qui unum Delphinum gerunt in stēmate; itidem agnati, qui tres. Hinc pendent iudicia agnationū, & gentilitatum; itidem sacrorum, quæ gentilitia dicebantur, ut Cic. pro domo sua. Cur, quantum in te est, gentis Clodiæ sacra intereunt. Nam si agnati defecissent, ad gentiles ibatur, si rursus hi, ad hæredes; si etiam hi, ad creditores; si ne hi quidem essent, ad oberatos, ut Cic. lib. 2. de leg. ne sacra interirent. Hæc quidem ita se se habent, quatenus ad significationem gentis, & familiæ, spectat, si quæras illud ἐξάκριβῶς in re. Sciendum tamen Gētem, & familiam aliquando ab authoribus antiquis, ita proferri, ut differant; aliquando alterum pro altero poni, quod exemplis

est

est demonstrandum. Liuius lib. 3. pag. 26. & pag. 24. Quintiam familiam uocat, his uerbis. Capitolinus, qui consul ter fuerat, sua, familiaeq; decora. paulò post. neq; in Quintia familia tantam uirtutem fuisse. Sed alium locum afferam, ex quo liquidò cognoscas gentem, ac familiã confusè poni. Liuius lib. 2. pag. 19. lin. 66. & 100. in impressis à Melchiore Sessa, ubi de CCCVI. illis Fabiis. VI & CCC milites omnes patritii, omnes unius gẽtis, quorum neminem ducem sperneret. paulò post. gensq; una. paulo post. unum propè puberem aetate relictum stirpem genti Fabiae. & pag. eadem 19. nostrum ueluti familiare bellum. non enim gentile ait. ibidem. Fabios ad coelum. paulò post. familiam unam subijsse ciuitatis onus. Vide ut familiam unã uocat CCC Fabiorum, & Festus Aureliam familiam uocat. Idem Aemiliam gentem. & M. Cicero in Bruto. de Laeliorum, & Mutiorum familiis, & Festus lib. 6. in dictione. Familia. Vnde familiae nobiliũ Pompiliorum. Valeriorum. Corneliorum, & familiares ex eadem familia. Ideo Liu. ante, familiare bellum uocat. & Corn. Tacitus lib. 5. sub finem de Tiberio. Vtriq; origo gentis Claudiae, quanquam mater in Liuiam, mox in Iuliam familiam adoptionibus transierit. & Liu. lib. primo. Iulia gens Iulum authorem; Vide ut eadem gens, & familia dicitur. Dicendum modò de patritiis. Cum igitur gens, & familia ita dicantur, hinc maiorum gentium patritij, qui à Romulo creati fuerunt, & minorum gentiũ, qui à Tarquinio Prisco dicti. Centũ patres Romulus creauit, Vide Liu. lib. primo, insignes magis ex illis conuenis. Inde patritii dicti, Liu. lib. 10. ait. qui patrem ciere possent, eos esse patritios dictos. Dionysius autem Halicar. lib. 2. pag. 61. in latinis à Gelenio uersis, refellit eorum opinionem, qui patres dici afferebant, quòd patrem ciere possent; nam etiam Plutar. in probl. hoc asserit; & ait inurere notã eos uoluisse aliis Romanis, tanquã incerto patre ortis. Quare etiam, atq; etiam uidendum, an recta sit illa apud Liuium lectio lib. primo. Centum creat, quia soli erant, qui patres creari possent; nam sunt qui legunt, qui patres ciere possent. Patritios quidem ait Liuius lib. 10. in oratione Decii dictos, qui patrem ciere possent, idest ingenuos, non autem patres, at differt patresne dicas, an patritios. Patritiarum uerò familiarum semper est habita ratio, ne deficerent; ideo suppleri

consue-

consueuerãt. Dion lib. 52. sub finem de Augusto τό τε τῶν εὐπατριδῶν γένος συνεπλήθυσε, τῆς βουλῆς δῆθεν ἐπιτρεψάσης τοῦτο ποιῆσαι, ἐπειδὴ ὃ πλεῖστον ἀπολώλει αὐτῶν. Et Suetonius in Aug. patritiorum numerum expleuit. In Iulio Cæsare autem ait eum allegisse. Ideo Cornelius Tacitus lib. 11. ait. In numerum patritiorum uetustissimum quemq; è Senatu. & post. legem Cassiam, ac legem Sentiam nominat. Nec uerò unquàm antefactũ nisi lege lata in comitiis, semper enim ea potestas fuit populi ante. Ap. Claudium etiam Halic. lib. 5. ait in comitiis à populo in patritios cooptatum. Patritiatum postea largiri sine suffragio populi cæperunt Impp. Vide Cassiodorum in Epistolis. lib. 6. ubi formulam patritiatus dandi exponit. & ibi obserua uerba, nam qui patritius fiebat eximebatur patria potestate, nisi specialiter (utor uerbis ipsius) contra à principe caueatur, & quidem illustres uiros ubiq; patritios uocat, ad quos scribit. Plebeiæ tamen familiæ olim recipiebant nobilitatis stemmata, & dicebantur nobiles. Asconius, ubi loquitur de competitoribus Ciceronis in arg. or. in competitores, duos patritios nominat. P. Sulpitium Galbam, & L. Sergium Catilinam. de Sulpitiorum familia idem scribit Cornelius Tacitus lib. 3. ubi de Sulpitio Quirino. his uerbis. Nihil ad ueterem, & patritiam Sulpitiorum familiam. quatuor præterea plebeios, ex quibus duos ait fuisse nobiles, C. Antonium, & L. Cassium. duos etiam, qui tantùm non primi ex familiis suis magistratum erant adepti. Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem. Cic. etiam Domitium appellat uirum clarissimum, quamuis è plebe, & Trib. Pl. in or. ad Pop. contra Rullum. Nouos homines dici non tantùm è plebe, sed etiam patritios falsò opinantur nonnulli, non intelligentes Asconij locum, ubi de Scauro loquitur,, æquè illi laborandum fuit, ac nouo homini. Nam Asconius non ait illum fuisse nouũ, quomodo enim nouus? si patritius, & eius maiores quàmplurimos magistratus erant adepti, sed æquè illi laborandum, ac si fuisset nouus. Sed uidendum quomodo à Suetonio in Aug. sit dictum, à Diuo Iulio ad patritiatum retractam Octauiorum familiam. rem ego totam breuiter explicare, & apertè conabor. Transierat ad plebem aliquis ex ea familia, quòd fuisset adoptatus à plebeio, sicuti Clodius ab Herennio, qui tribulis Attici dicitur à Cic. in Epistolis ad Att. lib. 2. authore Pompeio, uti etiã

refert Dion. quæ quidem adoptio non probatur. ut Cicero disſerit in or. pro domo ſua ad Pontt. Sed per eam tribunatum Pl. adeptus eſt Clodius. Nec ad plebē trāſiri poſſe ego puto, niſi per adoptionem; quod poteſt cognoſci ex illis Cic. uerbis, in Bruto. Tranſitiones à plebe ſunt, cum homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infunduntur genus. eſt igitur coniuncta adoptio cum tranſitione ad plebem, nec poteſt ſeparari. Liuius etiā lib. 4. pag. 36. lin. 110. in libris impreſſis à Seſſa. unū ex Tribb. ait patritium creatum fuiſſe Minutium, ſed cū non niſi ex plebe creari poſſet, exiſtimat Liuius ibidem, ad plebem illum ante tranſiſſe. Redire autem ad patritiatum quomodo Octauia familia potuerit non uideo, niſi per ſuffragia populi, urgente C. Iulio Cæſare. atq; omnino ita ſtatuendum, & ſicuti Ser. Tullius Rex à Tarquinio Priſco Rege in patritios allectus, ut antequàm Rex crearetur eo mortuo, ex propiore gradu proueheretur ad ſummū. Sic Cæſar Octauium in patritios aſciuit, ut Imp. crearetur. Sed dicat quiſpiam, nonne per adoptionē à patritio uiro factā aliquis, & ſi è plebe, patritius fiebat, cum adoptati tranſeant in familiam adoptantium. Ego non opinor, niſi à populo fuiſſet comprobata. Hæc autem cooptatio in patres, ſiue patritios dicebatur. Vide Liuium lib. 4. in concione Canuleii. Pleriq; ex Sabinis, & Albanis oriundos nō genere, nec ſanguine, ſed cooptatione in patres, habetis, aut à Regibus lectos, aut poſt Reges exactos iuſſu pop.

Non omnes autem patritii Senatores; nec omnes Senatores patritii. Cornelius Tacitus lib. 11. demonſtrat, ubi ait. uetuſtiſſimum quemq; è Senatu in numerum patritiorum legit. itidem, quod prius eſt dictum, confirmatur teſtimonio eiusdem lib. 2. ubi ait; Manlius patritius ordinis ſenatorii. Magni autem referebat patritium eſſe, non tantùm ob nobilitatem, ſed etiam ob alia munera capeſſenda. exempli cauſa. lex erat. Patrum auſpicia ſunto. itidem altera. Flamen Dialis non niſi ex patritiis ut crearetur, & quidē confarreatione ortus. ut declarat Tacitus lib. 4. pag. 82 his uerbis; patritii confarreati eligebantur Flamines Diales, ſed lex lata poſtea, quia confarreatio. & quæ ſequuntur. Obſeruari debet diligenter apud Halicar. locus lib. 4. ſub initium, ubi loquitur de Ser. Tullio Rege; ut perſpici poſſit, quomodo ex ſeruo liber, ex liberto ciuis, ex ciue patritius, ex patritio demū Rex ſit factus.

Is ex serua Ocrisia natus manumittitur primùm unà cum matre. Postea Tullius uocatur, quòd Ocrisia ante uirum habebat Tullium Corniculanum; ita factum est, ut sequeretur patrem, Deinde in plebeios ascitus, idest ciuitate donatus. Mox in patritios cooptatus, & gener Regis Tarquinii factus. Postremo Rex creatus. Hæc omnia ita ordine exponit Dionysius Halicar. uti ego retuli. Cornelius Tacitus lib. 11. pag. 141. in Frobenianis, ait. Cum de supplendo senatu ageretur, primoresq; Galliæ Comatæ fœdera, & ciuitatem Ro. assecuti ius adipiscendorum honorum in urbe expeterent. Ibidem, aut siquis pauper è Latio Senator. Hæc uerba satis demonstrant, quomodo ex Latio, & tota Italia; itidem ex Gallia, & aliis prouinciis, si qui orti essent ex fœderatis, aut municipibus, & colonis ius haberent adipiscendæ ciuitatis Rom. &, in eam cum uenissent habitatum, habitos pro ciuibus, ac tulisse suffragia. Refert Liuius lib. 3. V. dec. sub initium filios eorũ militũ, qui in Hispania remanserant, & uxorem duxerant ex ijs, quibus cum nõ erat ius connubii, amisisse ciuitatẽ Ro. cũq; ad Senatum Romam uenissent petentes, ut ciuitatem adipiscerentur: mandauit Senatus prætori, ut eos manumitteret, postea Carteiã missi habitatum tanquàm coloni, & libertinorum dicta illa est colonia. Manumitti eos oportuit, quia cum essent orti ex ijs, quibus cum non erat ius connubii, instar seruorum erant; libertini iam facti cum coloniæ ius essent adepti, patebat illis aditus ad ciuitatem Ro. & honores; eæ igitur urbes, quæ alia erãt conditione, ut dictum est in disputatione de prouinciis, dabãt operam, ut fœderatæ fierent, & ius Latii adipiscerentur, & ad ciuitatis Ro. ius, & honores progredi possent. in urbem igitur Romanã sic ex Latio, & fœderatis urbibus, coloniis, & municipiis plurimæ uenerunt familiæ. Claudia à Regillis oppido Sabinorum. præter Liuium lib. 2. uide etiam Suetonium in Ti. Claudio sub initium. Cornelius etiam Tacitus lib. 11. pag. 141. in oratione Appii, ait. Maiores mei, quorum antiquissimus Clausus origine Sabina simul in ciuitatem Rom. & in familias patritiorũ adscitus. quo loco adnotandum cum primùm aliquis ciuis fiebat, plebeium fuisse, postea à populo, ut ante dixi, patritium fieri solere. de Appio Clauso hoc etiam Liuius mentionem facit lib. secundo. Suetonius in Tiberio. T. Tatio consorte Romuli au-

thore, eos in urbem migrasse ait. In urbem uenit etiam Portia gens Tusculo. ut Cicero scribit lib. 2. de legibus sub initium, & Cornelius Tacitus lib. 11. pag. 141. Iulia quoq; Romam uenit Alba. Vide Dionys, Halicar. lib. 4. & Cor. Tac. ibidem. Corũcania Camerio, ut ibidem Tacitus. Balbi ex Hispania. Cic. pro Cor. Balbo in or. quæ extat, & Tacitus ibidem. Octauia Velitris; Vide Dionem lib. 4. sub initium, & Suet. in Augusto. Ideo scribit Cicero lib. 2. de legibus sub initium. Romam communẽ patriam dictam. Verba illius sunt hæc. An est una illa patria cõmunis. & iureconsulti de ea re plura disserere solent. Duas autẽ patrias, qui iure fœderis, aut Latii ciuitatem erant adepti, habere dici poterant, ut Cicero ibidem his uerbis testatur. Nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria, non Roma, sed Tusculum. Idem Cicero paulo post. Ego mehercule & illi, & omnibus municipib. duas esse censeo patrias. unam naturæ, alteram ciuitatis. uel ut paulo post. alteram loci, alteram iuris, ut Cato Tusculo ortus hanc habuit patriam loci, Romam iuris, quia in Po. Ro. ciuitatem susceptus est; Sic ipse Cic. & Marius germanam patriam loci habuere Arpinum. sed Romanam ciuitatem iure Latii sunt adepti. Liu. lib. 10. ab Vr. cond. sub initium id declarat. Eodem anno Arpinatibus, Trebulanisq; ciuitas data. De iure Latii locus est insignis apud Asconium in comm. or. Cic. in L. Pisonem pagina 73. ubi ait. Pompeius enim non nouis Colonis eas constituit, sed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij, ut possent habere ius, quod cæteræ Latinæ coloniæ, idest, ut petendi magistratus causa ciuitatem Ro. adipiscerentur. Suetonius ius latii, latinitatẽ uocat. Vide in Aug. num. 47. ubi hæc sunt uerba. Omnes, qui de rep. essent benemeriti, aut latinitate, aut ciuitate donauit. Plin. lib. 10. in Ep. ad Traianum Imp. in qua petit ciuitatem Romanam Harpocrati medico, ait. admonitus sum à peritioribus, debuisse me ante ei petere ciuitatem Alexandrinam. hæc ille. erat enim mos, ut nemo in ciuitatem Ro. susciperetur, nisi prius in fœderatam ciuitatem, aut aliam, quæ ius haberet municipii, aut coloniæ fuisset susceptus. de hac re etiã Cic. in or. pro Archia. & in or. pro Balbo. Hæc à me dicta sunt, ut intelligi posset, quomodo in urbẽ familiæ Ro. uenerint olim, & qua ratione patritiæ fierẽt. Nunc alia persequor. Familiæ Ro. sæpe non tantũ cognominibus, ut ante dictum fuit, sed etiam preno-

prænominibus distinguebantur. Vide Suet. in Tiberio num. 1. ubi ait: Cum prænominibus, cognominibusq; uariis distinguerentur; nam Octauiorum familiæ duæ fluxerũt à duobus fratribus, qui prænomine (ut fit) differebant, nam alter C. alter Cn. prænomen habebat.

Interdum familiæ prænomen unum ex multis repudiabat, ut Claudia, L. quod alter ex gentilibus latrocinii, alter cædis fuisset conuictus. Suetonius ibidem hoc recenset, & Liu. lib. 6. ubi de Manlio; ubi ait S.C. cautum, nequis ex ea gente M. prænomen assumeret. Vide & Suet. in Nerone num. 1. ubi hæc sunt uerba: ac ne prænomina quidem ulla. In nonnullis familiis eadem prænomina assumebant filii, quę habebant etiam patres, ut in M. Cicerone patre, & filio; itidem in Q. Cicerone, & filio. Aliquando diuersa, ut in Crassis M. P. L. in Antonijs M. C. Si fratrum prænomina eadem erant, differebant aliquo cognomine. Vide Asc. in 3. in uer. pag. 53. ubi ait. plures autem fuerunt Q. Metelli, ex quibus duo Consules, Pius, & Creticus, duo autem adolescentes, Celer, & Nepos. Illud etiam adnotandum, familiam eiusdem nominis partim patritiam fuisse, ut de Claudia refert Suet. in Tiberio, sub initium statim ipsum his uerbis. Patritia gens Claudia; fuit. n. & alia plebeia, nec potentia minor, nec minore dignitate orta ex Regillis. de Claudia gente tum patritia, tum plebeia. Cic. libro 1. de or. de Claudia patritia Tacitus. lib. 12. 156. Adnotabant periti nullam antehac inter patritios Claudios adoptionem factam, eosq; ab Ap. Clauso continuos durasse. Non explicat autem Suetonius originem familiæ Claudiæ plebeiæ; sed hoc fieri potuit, quia sæpe liberti nomine dominorum appellari consueuerant; & tunc illorum familia incipiebat constitui, & quidẽ plebeia. Adde, quod illorũ alia etiam origo fuit, ut Iunii Bruti, qui postea uixerunt, & plebeii fuerũt; ut refert Plut. in Bruto, cum Iunii olim ante essent patritii. Sed illorũ familia orta à Iunio Trib. Pl. de quo Halicar. lib. 5. & ibi disce rationem perquirendi, quæ patritia, quæ plebeia fuerit, certissimũ enim signum est tribunatus, nam ex patribus tribuni creari non poterant. Vide Liu. lib. 2. pag. 16. lin. 60. In singulis familiis adnotari solitum, quæ prætoriæ, quæ cõsulares, quæ quæstorię tantum, quæ senatoriæ, quæ equestres, itidem de uiris. De consulari familia. Vide Suet. in Caligula

ligula num.36. De Prætoria Cornelium Tacitum lib.3. pag.47. ubi de Vestilia. de uiris prætoriis. Suetonius num.36. in Aug. de consularibus. Iulius Capitolinus in M. Ant. pag. 191. in Frobenianis. De consulari,& Tribunitio Asconius. in or. Cic. in L. Pisonem, sub finem. De consulari familia Suetonius in Caligula. num.36. ubi de Valerio Catulo. De consulari, & triumphali uiro Suetonius in Iulio Cæsare. num. 4. Atq; id facile factu fuit, quia magistratus enumerabant in familiis,& triumphos omnes, imaginesq; maiorum seruabant. De numero magistratuum, & triumphorum profero locum, ut res tota cognosci possit. Suetonius in Tiberio Claudio Cæsare.num. 2. duodetriginta consulatus. Censuras septem, Dictaturas quinq;, triumphos sex. Duas ouationes. Itidem uide in Nerone, ubi de Domitia gente loquitur. num. primo. Familiarum uero Rom. semper est dignitatis olim habita ratio, nam etiam lege cautum fuit, ne mulier, cui auus, aut pater, aut proauus, aut maritus eques fuisset, quæstū corpore faceret. Vide Cor. Tacitum lib. 3. Pag. 74. ubi de Vestilia ex prætoria familia genita loquitur, quæ licentiam stupri uulgauerat apud ædiles. qui locus diligenter obseruādus, nam nulla mulier poterat Romæ quæstum suo corpore facere, quæ non esset professa apud ædiles. Hactenus de familiis Ro. à nobis generatim hæc dicta sint.

FINIS.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS,

DE COGNOMINIBVS, ET APPELLATIONIBVS IMPP.





CAESARIS cognomen primus Augustus à Iulio Cæsare adoptatus assumpsit, iure testamenti, & adoptionis; inde factum, ut postea Cæsares dicerentur, qui erant successuri Imp. ut postea dicemus. Sed id fluxit primum è consuetudine assumendorum nominum in adoptionibus, quæ quidem uaria fuit. nam aliquando suum nomen gentile mutabant, in anus, assumpto gentili nomine eius à quo adoptati fuerant. ut est apud Cic. lib. 3. ad Att. de Pomponio Attico. qui dictus est Cæcilius Pomponianus Atticus. idem asserit Dion lib. 46. de Octauiano. itidem factum in nominibus Scipionis Aemiliani. aliquando secus est factum, ut in Cornelii Scipionis adoptione per Q. Cæciliũ Metellum. qui dictus est Q. Cæcilius Metellus Scipio. Vide Dionem lib. 40. Et hoc ueteres dicebant asciscere in nomen familiæ. Suet. in Diuo Claudio. nu. 39. Asciturus in nomen familiæ Neronem. idẽ Suetonius in Nerone, num. 7. ubi ait. post adoptionem ęgre' tulit se Aenobarbi nomine salutatũ à Britannico, & Iulius Capitolinus in uita Veri. 193. sub initium. Post septimum annum in familiam Aureliã traductus. Ibidem etiam uide alia. Atq; hoc quidem modo Cæsaris nomen assumptum ab Octauio. sed postea, qui hęredes erant ueluti quidam Imperii constituti ab Imp. adhuc uiuente, ita dici cæperunt. Capitolinus in Seuero. pag. 227. filium suum maiorem

rem Baſſianum appoſito Aurelii Antonini nomine Cęſarem appellauit, & 229. Cæſarem deinde Baſſianum Antoninum à ſenatu appellari iuſſit, decretis Imperatoriis inſignibus, & Ibidem. Baſſianum, qui Cæſar appellatus iam fuerat. Getam quoq; minorem filium Cæſarem dixerunt. & 192. in M. Ant. Philoſopho. petiit L. ut filii Marci Cęſares dicerentur. Dion uero lib. 52. ſub finem concionis à Mecęnate habitæ de non deponendo imperio. τὸ δ᾽ ὄνομα τῆς βασιλείας ὡς ἐπάρατον φοβηθεὶς τῇ τοῦ καίσαρος προσηγορίᾳ χρώμενος ἀπαρκεῖ. ideſt, cum nomẽ Regis deteſtaretur, & horreret ut inuiſum, Cæſaris appellatione contentus fuit; ex quibus uerbis patet, quã uim habeat illa appellatio, & Idem lib. 53. pag. 344. & 345. ἡ γὰρ τοῦ καίσαρος πρόσρησις δύναμιν οὐδεμίαν οἰκείαν δίδωσι. δηλοῖ δὲ τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχήν. ideſt Cæſaris appellatio nullã poteſtatem ipſis tribuit, ſed generis ſucceſſionem ſignificat.

ROMVLVS aliquando dici cupiuit Auguſtus, ut Dion ſcribit lib. eodem. pag. eadem, ſed cum ſenſiſſet ſe in regis ſuſpitionem uenire apud populum, tale cognomen non aſſumpſit.

AVGVSTVS poſtea dictus eſt. Dion eodem lib. pag. 344. & quidem à Senatu, & à populo. quaſi quidpiam diuinum ineſſet illi, ſupra hominis naturam. quæ etiam perſequitur copioſè Suetonius in Aug. Iulius Capitolinus in Seuero 230. refert, Seuerum ægrè tuliſſe, quòd milites ſe uiuo adhuc Baſſianum filium Auguſtum uocaſſent, ac propè in milites animaduertit. Idem in Pertinace. 214. eadem die, qua Auguſtus eſt appellatus, & Flauia Titiana uxor eius Auguſta eſt appellata. & 215. ibidem, Senatus filium eius Pertinacem Cæſarem appellauit, ſed Pertinax nec uxoris Auguſtæ appellationem recepit, & de filio dixit, cum meruerit. de Auguſta Suetonius num. 9. de matre ipſius. itidem in Domit. de uxore num. 3. Senatus, & Populus appellationes dabat, Impp. at nõ omnes recipiebant Impp. ut patet. Mulieribus etiã quæ aut filiæ eſſent, aut uxores, aut matres Impp. indi ſolitas has appellationes declarat Spartianus in Iuliano Didio. Manlia, & filia eius Didia Auguſtæ ſunt appellatæ. & Cornelius Tacitus lib. 12. Augetur Agrippina cognomento Auguſtæ. de Auguſto etiã uide Iulium Capitolinũ in M. Antonio Philoſopho. 190. L. Aurelium Verum Commodum appellauit, Cæſaremq; dixit, & Auguſtum, atq; ex eo remp. regere pariter cæperunt; tuncq; primũ Ro. Imperium duos Augg. habuit.

IMPE-

IMPERATORIS etiam nomen magnam uim habebat, sicuti declarat Dion lib. 53. pag. 344. ubi narrat, cum omnium rerum arbitrium, & potestatem in se transferre uellent olim Cæsares, ne inuisi essent, id sibi arrogasse, indendo nomina illa, quæ uigebant rep. florente. Vis autem hæc erat in tali appellatione. habere delectum; pecuniam colligere, & imperare, de bello, & pace statuere; in prouinciis summum ius habere, ciues perimere posse, & intra, & extra pomœrium. quo loco sciendum non fuisse hanc potestatem ulli Imp. qui duceret exercitum, uigente rep. datam intra pomœrium, nam ubi primum urbem ingrediebātur, imperiū deponebant, & ideo ad urbem ueniebant, & ad urbem esse dicebantur. Vide Asc. in II. in Verrem. pag. 48.. Imperium autem olim proprie erat ius gerendi belli. hinc inscriptiones illæ in Ep. Cic. Imp. & lib. 2. fam. ep. se Imperatorem ait Cicero ad Issum fuisse appellatum. Imperatoris appellatio, post Cæsaris appellationem indebatur. Capitolinus in M. Antonio Philosopho. 193. in filium Commodum, quamuis scelestum, contulit nomen Cæsaris, mox sacerdotium, statimq; nomen Imperatoris, participationem triumphi, & consulatum. IMPERATOR. prænomen fuisse Suetonius in Tiberio demonstrat. pag. 59. num. 26. prænomen quoq; Imp. & cognomē uocat. in Nerone. num. 8. Imperatoris nomen a Nerone assumptum, cum primum remp. regere cæpit. & ibidem. proq; palatii gradibus Imperator consalutatus, lectica in castra, inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est. Spartianus quoq; in Iuliano Didio 204. factoq; S. C. Imperator est appellatus. Interdum etiam filio uiuente patre dabatur hoc nomen. Vide Aelium Lampridium in Commodo 207. ubi ait. cum patre Imp. est appellatus, & triumphauit cū patre, nam hoc patres decreuerant, & cum patre erat profectus ad bellum Germanicum. DIVI etiam appellatio indebatur Imp. sed post mortem facta consecratione. Volcatius in Auidio Cassio. 221. nam & Diuum eum appellasse dicitur. & Cor. Tacitus. lib. primo pag. 5. solam Diui Augusti mentem, & idē pag. 4. Diui Iulij funus turbassent. Flamines, & Sodales Augustales instituti, itidem & ludi. Vide Cor. Tacitū lib. primo pag. 19. ex primoribus ciuitatis, imo ipse Tiberius Germanicus, Drusus, & Claudius adiecti; PATRIS PATRIAE. etiā cognomen

men indi solitum Impp. Capitolinus in M. Antonino 192. Patris patriæ nomen ambobus decretum. & Suetonius in Nerone numero 8. tantum patris patriæ nomine recusato propter ætatem; erat enim natus annos septemdecim, & Spartianus in Didio Iuliano pag. 204. patris patriæ quoq; nomen recepit. MATER PATRIAE quoq; Augusta dici solita. Tacitus lib. 1. pag. 6. alii matrem patriæ appellandam censuerunt. PRINCEPS IVVENTVTIS etiam dici solitus Imp. filius, & alii consanguinei adhuc adolescentes. Lampridius in Commodo pag. 207. inter tres solos principes iuuentutis cooptatus. & Tacitus lib. 1. sub initium. pag. prima principes iuuentutis nondum posita prætexta puerili appellari cupiuerat Agrippa. de Caio autē, & Lucio adolescentibus filiis Agrippæ loquitur, quos adoptauerat Augustus. Principem iuuentutis Imp. filium, honoris causa, dici solitū. Vide Suetonium. in Caligula. num. 15. PARTHICVS. GERMANICVS. BRITANNICVS, & similia cognomina à uictis populis deducta Impp. Senatus dabat. Spartianus in Seuero. 229. & Parthici nomen meruit. de cognomine itidem Parthici, & Germanici Capitolinus in M. Antonio Philosopho 129 Præterea & Suetonius in Domitiano num. 13. post duos triumphos Germanici cognomine assumpto. Parthicus etiam Traianus dictus. Vide Dionem in Traiano 157. DOMINVS Domitianus solus dici uoluit. Vide Suet. in Domitiano num. 13. Ipse cum dictaret epistolam sic cæpit. Dominus, ac Deus noster. & idem Imp. uxorem suam Dominam iussit uocari. idem Suetonius num. 39. quam quidem appellationem, ut plenam arrogantiæ reiecit Imp. Tiberius. Vide eundem Suetonium. num. 67. OPTIMVS. laudatissima omnium fuit appellatio ex S. C. olim Imp. Traiano attributa. Dion in Traiano 157. in honorem eius Senatus decreuit, ut optimus diceretur. CALIGVLA cognomentum fuit in castris puero à militibus inditum, ut Suetonius scribit, nec debet connumerari inter, illa quæ recensuimus. quale illud, quod inditum fuit Augusto adhuc infanti, nam THVRINVS dictus est, nec tamen lustrico die id factum, nam gentilia nomina eo die infantibus imponebātur, declarat enim Sex. Pompeius lustricos dies dictos, quibus nomina imponerentur, octauo, s. & nono die post ortum, ut etiam de

clarat

clarat Plutar. in probl. Rom. locus est Suetonii adnotandus in Claudio Nerone, qui huc spectat. num. 5. Eiusdem futurę infelicitatis signum eiusdem die lustrico extitit; Nam C. Cæsar rogante sorore infanti ei, quod uellet, nomen daret; intuens Claudium patruum suum, à quo mox principe Nero adoptatus est, eius se dixit dare; ergo lustrico die est appellatus infans Claudius. Ecce, ut non addebatur pręnomen, nam quo die uirilis toga dabatur, assumebāt prænomina, ut alibi ex Valerio à me contra nōnullorum sententiā declaratum fuit. Hæc à me hactenus de cognominibus, & appellationibus Impp. dicta sint.

FRANCISCI

ROBORTELLI

VTINENSIS.

DE COMMODIS, PRAEMIIS, ET DONIS MILITARIBVS.





AD antiquitatis notitiam in primis spectat, qualia, quot, & quæ solerent esse commoda, præmia, & dona militum apud Rom. nam res militaris maximè Remp. & Imperium tuetur. de ijs igitur agemus. Solent ueteres tria hæc. commoda. præmia, & dona distinguere, differunt enim; nam commoda sunt, ut stipendium, uestis, annona; præmia autem, quæ ob fortitudinem dantur. dona uerò, quę à liberalitate Imp. & ducum proficiscuntur erga milites, etiam si nihil fortiter gesserint, ut in officio, ac fide cōtineantur; exempla ex antiquis postea afferemus. Nunc de reipsa differendum est.

Primum commodum militum Rom. erat præda, qua onusti domum redibant, nam capta oppida,& urbes prædæ militum dari solebant. Vide Liuium lib. 2. pag. 15. lin. 20. ubi de Sueſſa Pometia Volſcorum loquitur, id uerò ideò factum, quia ab initio ſuo ſumptu militarunt Romani, atq; id inſtitutum fuit à Ser. Tullio Rege ex cenſu. de quo Liu. lib. 1. & Dionyſius Halicar. lib. 5. & nos alibi copioſè. Hoſtes quidem uicti mulctabantur agro, ſed is ager plerunq; publicus fiebat, qualis Campanus, & alij de Campano Cic. in or. ad Pop. de lege agraria, & alibi. Inuenias interdum prædam ſub haſta uendi ſolitam, & pecuniam ex ea collectã in publicum referri. Liu. lib. 2. eodẽ. pag. 18. lin. 10. & lib. 4. pag. 36. lin. 10. ex quibus cognoſci poteſt, nõ fuiſſe ſolenne apud Ro. etiam antequàm darentur ſtipendia militibus, prædam captarũ urbium militi dare, ſed id in arbitrio fuiſſe Impp. & Conſulum. ut ego poſtea demonſtrabò. Sed interdum id fiebat cum indignatione militum, ut Liu. declarat lib. 3. pag. 27. lin. 20. ubi ait. Cõſules propter inopiam ærarii prædam uendiderunt, indignante exercitu, & paulò poſt, Conſules ijdem accuſati, & dãnati, quòd prædam uendidiſſent. Interdum militibus non præda, ſed pecuniæ pars ex præda collecta data. Liu. lib. 10. 11. belli pun. ſub finem. Argenti pondo CMXXIII. in ærarium tulit, militibus ex præda quadringentos æris dedit. Prædam uerò dandi ius habuiſſe conſulem, qui bellum gerebat, ſiue Ducem ab Imp. miſſum, Vide Vopiſcum. 351. exercitum duceret, limitem reſtitueret, prædam militibus daret. manubias in palatio collocaret. prædã uerò ad urbanos quæſtores deferri conſueuiſſe. Cic. declarat lib. Ep. fam. in Epiſtolis ad Cælium, & poſtea ætate Impp. ad præfectum ærario, ut narrat Aulus Gellius lib. 13. cap. 23. de manubiis Pompeii. Vide Cic. in or. de lege. agrar. ad Pop. & A. Gellium lib. 13. cap. 23. II. Commodum erat, Ager captiuus dictus, qui militibus ſępe diuidi ſolebat, Vide Liu. lib. 2. pag. 19. lin. 30. nam cum non lõge abeſſet ab urbe, percommodum fuit hoc facere. III. Commodum fuit poſtea ſtipendium, atq; id inſtitutum, ut daretur aliquantò ſerius, nam S. C. eſt factum, ut ſtipendium miles de publico acciperet, quò tempore Veij oppugnabantur, non multò ante urbem à Gallis captã. Vide Liu. lib. 2. pag. 44. & quidem ex tributo. ibidem. nam cõferebat æs,

cum

cum nondum esset ea ætate signatum argentum, ut Liu. ibidem narrat. Argentũ enim signari cœptũ anno ab V. C. M L XXXV. Plin. lib. 33. cap.3. & quidem tributum Romani persoluerunt ea de causa usq; ad Perseum Macedonum regem uictum à Paulo Aemylio, qui ingentem prædam intulit ærario. Vide Pli. ibidẽ. sua autem impensa Romanos militasse Liuius ibidem demonstrat; ubi ait. neq; id passuros eos, quibus iam emerita stipendia essent, meliore conditione alios militare, quàm ipsi militassent. Stipendium autem, quòd peditibus dabatur, primo annuũ fuit dictum. Vide Liu lib. V. in concione Appii. annua æra habes, annuum opus ede; An tu æquum censes (nam increpat milites) militia semestre solidum te stipendium annuum accipere. puto annuũ dictum, quòd tunc simul totum numeraretur; in oppugnatione præsertim Veiorum, ut retinerentur milites. Tertium stipendium, & quartum inuenio à ueteribus dictum. Suet. in Domitiano nu. 7. addidit, & quartũ stipendium militi, aureos, ternos, qui locus ita uidetur intelligi debere, ut dicas, ex quadrimestri trimestre stipendium factum. Nec tamen satis cognoscere potui in antiquorum libris, an singula stipendia quadrimestria essent ternorum aureorũ. Aureos intellige didrachmos, qui duob. nostratib. æstimari possunt, ut alii, qui de re numaria locuti sunt, scripserunt. Id tñ si ita intelligas, repugnantem habebis locum apud Cornelium Tac. lib. primo; ubi de seditione loquitur in Germania orta in legionibus, Denis in diem assibus animam æstimare, & corpus. paulò post. an prætoriæ cohortes, quæ binos denarios acceperint: qui locus adnotari debet, nam duplò maius erat eius cohortis stipendium. Decem asses uno denario æstimantur. Denarius uerò argenteus numus drachmam unã æquat, idest Iulium unum, siue Marcellum. unum stipendium, unum annum intellige: hinc in inscriptionibus antiquis. Militauit annos V I. uel X. uel X V. & in Transyluanica, Albæ Iuliæ.

P. AELIVS VETVSTINVS MIL. LEG.
XIII. G. STIP. XV. VIX. AN. L.

Præter inscriptionum testimonium, quæ plurimæ ubiq; sunt, afferam Corn. Taciti locum lib. 19. pag. 366. ubi de Sabino loquitur: Quinq; & X X. stipendia in rep. fecerat, domi, militiæq; clarus. etiam Liuius ita locutus est libro tertio, pagella 31. lin. 50. Oppius V I I. & XX. confecit stipendia. Atq; ut com-

modius dari ſtipendia militibus poſſent, militare ærarium eſt poſtea ab Auguſto inſtitutum. Suetonius in Aug. num. 27. de quo etiam mẽtio eſt in inſcriptione antiqua marmoris Trãſyluanica, quam quia, rara eſt, & bella, apponendam cenſui.

Albe Iuliæ.

VICTORIAE ANTONINI
AVG.
L. ANNIVS ITALICVS
HONORATVS LEG.
AVG. LEG. XIII. G.
ANTONINIANAE
PRAEFECTVS AERARII
MILITARIS SODALIS
HADRIANALIS CVM
GAVDIA TORQVATA SVA
ET ANNIIS ITALICO
ET HONORATO, ET
ITALICA FILIIS.

Sicuti theatrale ærarium erat apud Athenienſes θεωρικῶν χρημάτων; & præfectus eius creari ſolebat. Vide Demoſth. ἐγχωρῶ in oratione de corona pag. 46. in Heruagianis. Equo autem publico militabant Romani. Liu. lib. primo. Sed ſuo etiam militare aliquãdo ſoliti. Idem Liuius lib. 5. pag. 46. lin. 50. his uerbis, quibus cenſus erat equeſter (equi publice non erant aſſignati) conſilio inter ſe habito prius, Senatum adeunt, ac facta dicendi poteſtate ſuis ſe equis ſtipendia facturos promittunt, Sed S. C. factum eſt, ut etiam ijs æra procederent & equiti certus numerus æris eſt aſſignatus: tuncq; primum equis merere equites cœperunt. Sed idem Liuius lib. primo pag. 8. ubi de Seruii inſtitutione loquitur, ait equos publica pecunia emptos. Illic tamen etiam ait primores ciuitatis equo militaſſe, & XII centurias à Ser. Tullio confectas; Viduaſq; attributas, quę bina millia æris penderent ſingulis annis, ad alendos equos. & Plin. lib. 23. cap. 22. ait equitum nomen conſiſtebat in turmis equorum publicorum; Sed redeo ad ſtipendium. Summa igitur menſtrui ſtipendii erit tricenum denariorum,

denariorum, idest trium aureorum nostratium, paulò plus, minusúe. Quòd si fuerit etiam duorum aureorum, dic in obsoniũ tantùm hos dari solitos, nam uestem, & annonam habebant præterea milites. de ueste uide legem latam à C. Graccho apud Plutar. in eius uita, cum rediisset ex Sardinia. de annona militari locus est apud Vopiscum in Diuo Aureliano .351. hæc annona est decreta Aureliano. Panes militares mundi X V I. panes militares castrenses X L. uini mensalis sextari X L. olei. Sextarius unum. ureos diurnos Antoninianos binos. Hæc ita sese habẽt. Quòd siquis adhuc apertius rem intelligere uult, audiat quale, & quantum esset apud Græcos stipendium. Thucyd. lib. 6. ubi de apparatu belli contra Syracusanos loquitur. XXX drachmas ait datas singulis peditibus. Supputatio ex prioribus confici potest. etiã Demosthenes in prima oratione in Philippũ de peditũ stipendio ita scribit. ἵνα δέκα ἕλκῃ τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ. de stipendio autem equitum ibidem ita, τοῖς ἱππεῦσι, ἑκάστῳ τα δραχμὰς τοῦ μηνός. εἰ δέ τις μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν οἴεται, οὐκ ὀρθῶς. paolòpost de annona, sed quæsita à militibus. προσποριεῖ τὰ λοιπὰ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου.

Romani quoq; prædam in sumptum militum uertebant. Cic. in or. de prouinciis consularibus, illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum præda parta posse, & bellum conficere. & Diodorus Siculus, ubi de bello sociali loquitur, ait multas insulas uastatas, & prædam in usum belli insumptã Annua mille talenta assignarunt Romani ex ærario Pompeio in Hispania, ut haberet exercitum, qui parebat Petreio, & Afranio. Plutar. in Pomp. & Cæs. uita. at exercitus erat consularis duarũ legionum. exercitus duos consulares Liuius ait lib. 3. ab V. C. pag. 23. lin. 50. fuisse quatuor legionum. Ergo supputare quilibet potest. Sed Vide etiam Portium Vincentinum lib. 2. de sestertio. Stipendium maius prætoriæ cohorti dari solitum, hoc est, binos denarios singulis diebus scribit Cor. Tacitus lib. primo. pagina. 8. Stipẽdium maius etiam datum phalangi triginta millium institutæ ab Imp. Alexandro Seuero, quos phalangarios uocari iussit, quæ quidem constabat sex Legionibus, similium armorũ. Vide Lampridium pag. 285. refert Plutar. in Galba sub ipsum initium, Iphicratem Atheniensem præstantissimum ducem nõ improbasse militem auidum prædæ, & diuitiarum, quòd alacrius pericula obiret. Prædam sorte ductam interdum Verg. testatur

co

eo uersu, Italiam partiri, & prædæ ducere sortem, & Vopiscus in Probo 372. & 374. Itidem Liuius lib. V. de bello Macedonico, Ibi præda hetrusca, quæ missa a populatoribus fuit, ea repletus est miles Rom. De ueste militari præter Plutar. in Gracchis, ubi refert. Gracchum legem tulisse de ueste militibus publice danda sine ulla stipendiorum imminutione, Vide etiam Vopiscum in Probo. ubi ait. ille singulos manipulos adiit, & uestes, & calciamenta prospexit. itidem Liuium lib. 10. ab V. C. pag. 95. lin. 20. ibidem, de præda militibus diuidenda, & in Alexandro Seuero Lampr. Data militibus saga, ac tunicæ, præmia illa tempestate militiæ haud spernenda. De annona locus est apud Vopiscum in Probo pag. 376. multa militari manu perfecit opera, dicens gratuitam annonam militem comedere non oportere. Præbebant autem militibus annonam prouinciales. Ibidem Vopiscus. orbis terrarum annonam nõ præbebit. & pag. 377. annonam prouincialium militibus daret nullus, & pag. 373. in Probo. Te quæso Capito annonam, & commeatus, & quicquid militi est necessarium, pares. De annona itidem fit mentio in Diuo Aureliano. 351. ut non uinum, non annona consumatur. & 350. ubi loquitur de legibus eius militaribus. Miles annona contentus sit. itidem Aelius Lampr. in Alex. Seuero. 284. Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem, & septem, ut solent, dierum, nisi in barbarico. Liuius etiam lib. 3. pag. 26. lin. 70. ut, qui militari erant ætate, uenirent cum cibariis in quinq; dies coctis, & duodenis uallis ante diem in campum Martium. Idem Liuius lib. 3. pag. 26. lin. 10. miles nihil præter arma, & cocti, quicquid erat, cibi tulit. Annonam a salario uideo differre. Lampridius in Alexandro Seuero. 282. & 283. Medicus unus palatinus sub eo salarium accepit, cæteri omnes, qui usq; ad sex fuerunt, annonas binas, uel ternas. Annonas binas intellige cibaria, quibus duo ali possent. sic ternas, quibus tres. uide ibidem paulo ante, eadem pagella 282. Aulicum ministerium ita contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis, quot necessitas postularet, ita ut annonas, non dignitatem acciperent. Fullones. Vestiarii, Pincernæ annonas singulas, uix binas, & pag. 283. Architectis salaria dedit, Grammaticis, Rhetoribus, & discipulos cum annonis pau-

perum

perum filios, modò ingenuos. De annona autem præter stipẽdium dari solita, locus est etiam apud Suetonium in Iulio Cęsare num. 68. ubi ait. In ciuili bello gratuitam operam uniuersi milites sine frumento, & stipendio. De annona etiam, & cibarijs militum, Vide eundem Suetoniũ in Galba num. 7. ubi hæc sunt uerba. Militi, qui per expeditionem annona arctissima residuũ cibariorum tritici modium centum denariis uendidisse arguebatur, uetuit, simulatq; cibo indigere cepisset, a' quoquam opem ferri, & is fame extabuit. In ãnona militari uinum esse uetuit Pescẽnius Niger Imp. uide Spartianum pag. 236. nec recens cibum coctum esse uoluit, sed pane, ac frigidis, ut uescerentur iussit. Ipsi milites annonam portabant, ut ex Liuio ante. Sed & Spartianus in Pescẽnnio 236. Seruos annona onerauit, ne milites tantum onusti essent. V I. commodum. Agri, horrea, domus in prouinciis. Vide Vopiscum in Probo 374. & Liu. lib. primo de bello Macedonico sub finẽ. de agris militum decretum, ut quot annos militassent pro singulis annis bina iugera acciperent. Vopisci autem uerba sunt hæc. Agros, horrea, & domos confecit omnibus, quos in excubiis collocauit. Idem etiam pag. 375. Veteranis omnia illa, quæ anguste' adeuntur, loca priuata donauit, addens, ut eorum filii ab anno X V I I I. mares duntaxat ad militiam mitterentur, ne latrocinari prius, quàm militare discerẽt. Lampridius quoq; in Alexandro Seuero. pag. 287. Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus, & militibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, si sua etiã defenderent. addidit his animalia, & seruos, ut possent colere, quod acceperant. V I I. commodum priuilegia omnia, quale illud apud Liuium lib. 2. pag. 15. lin. 10. Ne quis militis, dum in castris esset, bona uenderet, aut liberos, siue nepotes moraretur. V I I I. commodum, legata testamento. solebant enim moriẽtes Impp. cohortibus, & legionibus legare pecuniam, ubi de testamento Aug. loquitur Cor. Tacitus lib. primo pag. 4. prætorianarũ cohortium militibus singula numùm millia, Legionarijs autem cohortibus ciuium Rom. trecenos numos uiritim diuisit. itidem Suetonius num. ultimo. ubi ait, & illam quidem pecuniam habebat confiscatam. intellige confiscatam in fiscis repositam.

tam. Fiscus enim dicitur sacculus. ut Asconius declarat. IX. cōmodum militum erat, Donatiuum. de eo lege Vopiscum in Probo, ubi ait. nam Imperator factus militi stipendium, & donatiuū promisit. de donatiuo etiam Lampridius in Alexandro Seuero pag. 276. Congiarium populo ter. donatiuum militibus ter, carnem Populo addidit. Congiarium, quatenus obseruare potius, differt a donatiuo; nam congiarium semper refertur ad populum, donatiuum autem ad milites, quia etiam populo multa largiebantur Impp. debent igitur distingui populi munera à militaribus. de Congiario mentio fit apud Vopiscum in Aureliano. 362. ubi ter congiarium datum ab Aureliano ait. de eodem cōgiario loquitur in Probo Vopiscus. 376. dedit Romanis etiam uoluptates, & quidē insignes, delatis quoq; congiariis. itidē in Aureliano 362. Sciendum est illum congiaria ter dedisse. Populo dabatur etiam Sportula. Vide Suetonium in C. Claudio num. 21. ubi ait dicens nihil esse lætius populo saturo. Congiarium autem constare numis, cognosce ex Suetonio in Tib. num. 20. ubi hæc sunt uerba, & congiariū Po. dedit uiritim tricenos numos. Populo dabatur etiam oleum gratuitum ab Impp. itidem panis, & porcina. Vide Vopiscum in Aureliano. pag. eadem. statuerat Aurelianus Imp. uinum etiam dare gratuitū. & ibi obseruandum, uinum fiscale uendi solitum iussu Imp. in porticibus templi Solis. illud etiam πάρεργως adnotari debet, uites serere multis populis fuisse interdictum. itidem, & uinum conficere. Gallis omnibus, Hispanis, & Britannis permisit, ut uites haberēt, uinumq; conficerent, Vopiscus in uita Probi Imp. pag. 376. dabatur etiam uenatio Populo. Ibidem in Probo. his uerbis. Venationem in circo amplissimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet, in ea fuere lepores, apri, cerui, damæ, oues feræ, & alia animalia turbatica. Dabatur & uisceratio, seu epulum. Suetonius in Iulio Cæsare num. 38. Dabatur & prandium. ibidem, & post Hispaniensem uictoriam prandia duo. Idem Suet. in Tib. num. 20. prandium deinde populo mille mensis. X. commodum, promotiones ad militiæ gradus. Vide Lampridium in Alexādro Seuero. de promotionibus autem militaribus alibi copiose differemus, res enim est obscura, & difficilis, scituq; digna. Hactenus à me dictum sit de commodis militum. Sciendum uerò commoda

modum promotiones ad militiæ gradus. Vide Lampridium in Alexandro Seuero. de promotionibus autem militaribus alibi copiose disseremus, res enim est obscura, & difficilis, scituq; digna. Hactenus à me dictum sit de commodis militum. Sciendum uero commoda seditiosis militibus eripi solita. Ac sic quoq; seditiosissimũ quenq; & prædæ, & agri destinati tertia parte mulctauit. Commoda militum augere solus Imperator, aut Senatus poterat, non filii Impp. Cæsares dicti, quos aut Impp. ipsi haberent, aut adoptassent. Locus est apud Cornelium Tacitum lib. primo pag. 10. ubi seditio narratur legionum in Germania. Imp. Tiberius scribit se acturum apud patres de postulatis militum, se interim filium misisse, ut sine cunctatione concederet, quæ statim tribui possent, cætera senatui seruanda; Ergo nonnulla duces ipsi concedere poterant, ut prædam, & similia. sed immutare leges militares non poterant. Adde quod filij familiæ erant Cæsares. Ideo lib. primo apud Tacitum, ubi hæc uerba sunt. nunquã ne &c. nam Drusus arbitrium Senatus, & Tiberii obtẽdebat illorũ postulatis. Commoda autem militaria magno constabant. declarat id Suetonius in Caligula num 44. his uerbis. Commoda emeritæ militiæ redegit ad sexcentorũ millium summam. Nunc dicendum de præmiis, quod secundo loco propositum fuit; præmia militibus aut propter fortitudinem dabantur, & specimen præclarum uirtutis aliquod; aut propter finitam militiam. sic loquitur Cornelius Tacitus lib. primo, pag. 10. de pręmijs finitæ militiæ. Vide reliqua ibi. Hæc autem erant posita in arbitrio Impp. aliquando etiam per seditionẽ milites pacisci uoluerunt, ut certa sibi proponerentur præmia. Corn. Tac. lib. primo. post XVI. stipẽdia missionem, & præmia finitæ militiæ. de præmiis hisce militaribus loquitur Suetonius in Vespasiano, num. 8. ubi hæc sunt uerba. adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima præmia non nisi serò persolueritur. I. præmium erat pecunia. Suet. in Iulio Cæsare num. 38. ueteranis legionibus prædæ nomine in singulos pedites bina sestertia, in equites uicena quaterna millia nummum. Dion lib. 54. pag. 366. ait Augustum, & annos militandi præscripsisse, prætorianis XII. aliis XVI. & certam pecuniam assignasse post confectam militiam, ne seditionem excitarent, ut ante, his de causis. II. præmium erant, Agri. Suet. ibidem. assignauit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum exturbaretur

barentur. & Cornelius Tacitus lib. primo pag. 11. agros emeritis largietur, uide reliqua, & pag. 384. ubi copiose, & exquisite loquitur de hac re. III. præmium erat ciuitas. Suetonius in Iulio Cęsare num. 76. Ciuitate donatos, & quosdam ex semibarbaris græcorum recepit in curiam. itidem & ius Latii, ut Pōpeius Nouocomensibus, de qua re ante locuti sumus in disputatione de prouinciis. IIII. præmium erat ius anulorum. Suetonius in Iulio, num. 13. promissumq; ius anulorum cum CCCC. milibus distulit. ibidem, existimatur etiam equestres census pollicitus singulis, quod accidit opinione falsa de usu, & iure anulorum aureorum in ordine equitum, Vide eundem Suetoniū in Galba num. 10. equestris ordinis iuuenes delegit, qui manente aureorū anulorum usu, euocati appellarentur, excubiasq; agerent circa cubiculum suum uice militum. Asconius Pædianus in 3. in Verr. pag. 49. præmia ita distinguit, quædam pręmia & honori sunt, & lucro, ut hastæ, uexilla, phalerę, coronæ ciuicæ; at anuli sunt ingenuitatis signa. sic ille; sed ego hæc recensebo inter dona; sic. n. appellat Suetonius in Tiberio, num. 32. quodq; de donis militaribus ad se referrent. itidem in Augusto, num. 25. Ius autem tribuendorum omnium militarium donorum habebant non modo ipsi Impp. sed etiam Legati, qui ductu suo bellum gerebant. Suet. id declarat nominatim in Tiberio num. 32. loco eodem. his uerbis. Quodq; de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent, quasi non omniū tribuēdorū &c. Idem Suetonius in Aug. num. 25. solos triumphales, quanquam & socios expeditionū, & participes uictoriarum nunquā donis impertiendos putauit, quod ipsi quoq; ius habuissent tribuendi ea, quibus uellent. Primum donum, phaleræ, Vide in Aug. num. 25. de phaleris A. Gellius. lib. 11. cap. 11. & Ver. lib. 5. ubi etiam nomine doni appellari talia uidebis. nullus mihi non donatus abibit. II. donum erant interdum, Armatura, & uestis. Lampridius in Alexandro Seuero pag. 281. donauit & ocreas, & bracas, & calciamenta, inter uestimenta militaria. item Vopiscus in Taciti Imp. uita. 362. paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, cum ante nō nisi purpureas accepissent, & quidem aliis monolores, aliis dilores, aliis trilores, usq; ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. III donum erant coronæ, & quidem diuersorum generum, de quibus A. Gellius lib. 5. cap. 5. præter ipsum, de corona ex lauro ob


uictos hostes decreta Augusto Dion lib. 53. pag. 333 de triumphali aurea Imperatoribus dari solita ibidem A. Gell. & de auro coronario Dion lib. 51. pag. 310. quod dabatur in Italia a ciuitatibus; hoc autem Augustus non recepit, & Cicero in orat. contra Rullum, ex Manubiis, ex auro coronario. dabatur quidem etiam olim proconsulibus decedẽtibus ex prouincia ad ornandum triumphum. quod refert Cicero in or. in L. Pisonem. ubi ait, lege cautum, nequis ipsum reciperet, nisi decreto triumpho. de ciuica Vopiscus in Probo pag 371. de castrensi idẽ ibidem. coronis uallaribus duabus, nam eadem est uallaris, & castrẽsis, Leuissimis de causis quod donasset coronas, reprehensus olim fuit M. Fuluius Nobilior à M. Catone, ut refert A. Gell. lib. eodem V. cap. V. quia uallum curauerant, puteum effoderant. Coronis aureis octo donatum fuisse Sicinium Dentatum narrat Gellius ibidem. miror, si tantum Impp dari solitæ, ut ex eodem A Gellio ante diximus, nisi si ille suo auspicio bellum gessit, & Imperator fuit. IIII. donum militare erat uexillum purum. Vopiscus in Probo, & Alc. in 3. in Ver. V. donum, armillæ aureæ. ibidem Vopiscus; unius enim contentus sum testimonio. VI. donum, Torques idem ibidem. VII. hastæ puræ. idem eodem loco. VIII. donum. patera sacrificalis. ibidem. IX. donum, parmæ, & hastæ aureæ. de his Dion lib. 55. pag. 378. ubi loquutur de morte C. & L. filiorum Augusti. his uerbis καὶ αἱ πέλται τά τε δόρατα ἃ παρὰ τῶν ἱππέων ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. X. donum. Laudatio. de ea Liuius lib. 5. ubi de Manlio, qui Capitolium seruarat, his uerbis. luce orta uocatis classico ad concilium militibus ad tribunos; cum & rectè, & perperam facto precium deberetur, Manlius primum ob uirtutem laudatus. XI donum, frumentum, & uinum, exile quidem, sed magnum in obsidione datum. idem Liuius lib. 5. eodem, & ibidem, his uerbis. donatusq; non à Tribb. solum militum, sed consensu etiam militari, cui uniuersi selibras farris, & quartarios uini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt, rẽ paruam dictu; sed qua uictu quisq; suo se defraudans. & quæ sequuntur. XII donum, erant ornamenta triumphalia. Suet. in Tiberio, num. 20 egit triũphũ, quem distulerat, prosequentibus etiam legatis, quibus triũphalia impetrarat onamenta, & in Aug. nu. 38. aliquantò pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit, & in eodem. nu 9.

quas ob res,& ouans, & curru urbem ingressus est primus,ut qui dam putant,triumphalibus ornamentis honoratus.hoc autē donum tribui solitum tantum ipsis ducibus. XIII donum militare, erat Clypeus aureus.de eo Suet.in Caligula,num.16.inter reliquos honores illi decretus est Clypeus aureus,quē quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent,senatu prosequente. etiam hoc Ducibus tantum,& ipsi Imp.tribuebatur. XIIII. donum erat Corona aurea,quam dabat ipse Imp. legato suo,quē adæquare sibi laude uolebat; Liu.lib.6.II. belli punici. pag.156. post expugnationem nouæ Carthaginis. Scipio C. Lęlium præfectum classis,& omni genere laudis sibi æquauit, & corona aurea donauit;atq; ita fortasse intelligendus A. Gellij locus,ubi de octo coronis aureis Sicinio donatis loquitur.XV. donū militare,erant boues,sed hoc nauale dici potest,quale etiā apud Vergilium.de eo loquitur Liuius eodem libro.& eadē pagella. Scipio Lælium præfectum classis XXX. bobus donat. Dona militaria,rep. florente,dabat interdum ipse populus. Vide A. G.loco antè recitato.populi militaria habuit dona multiiuga,in his prouocatoria pleraq; ; cum enim esset orta contentio de donis, & prouocatum ad Pop. adiudicabantur à populo.nisi malis intelligere prouocatoria, quòd hostem prouocasset,ut nonnulli putant,quāquā mihi non satis probatur eorū sententia. Etiā sciēdū dona hæc militaria post laudationē,ut ante diximus,cū loqueremur de Manlio,qui Capitolium seruarat pro cōcione,ab Imp. tribui solita. Liu. lib.6. II. bel. pun. eodem loco.pag. 150. Profitebantur interdum milites plures,qui dicerēt se eo dono dignos, quod daturus erat Imp. tunc oriebatur lis, & contentio. & testibus,atq; aduocatis res agebatur,dabantur uerò Recuperatores, & quidem tres,nam hoc uerè Recuperatorium erat iudiciū. rē totam uide, & obserua apud Liuium.quāuis ambobus, ut lis tolleretur, qua nihil perniciosius in castris, corona adiudicata fuit. Hactenus à me de cōmodis, præmijs,& donis militaribus sit dictum. Potuissem ex iureconsultorum libris quamplurima priuilegia enumerare,quæ inter cōmoda recenseri possunt, sed ea prætermittenda duxi. quale illud apud A. G. lib. 7. cap.11. ubi loquitur de pignoriscapione propter æs militare à Tribuno ærario, si miles accipere debebat.

FINIS.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS,

DE POENIS MILITVM, ET IGNOMINIIS.





OSTQVAM de præmiis militum dictũ est, consequi uidetur, ut de pœnis, & omni genere ignominiæ, quæ irrogari ipsis solebat. & de causis pœnarum, & ignominiæ irrogãdæ. Prima pœna dicta est exauctoratio. exauctorare autem nihil aliud erat, quàm solutum sacramento, & inermẽ, priuatum omni commodo, & priuilegio militem dimittere. de hac Suetonius in Aug. his uerbis, cum ignominia legionem contumacius parentem. fiebat autem interposita hac appellatione, QVIRITES. Vide Lampr. in Alexandro Seuero. 286. item Corn. Tacitum lib. 1. pag. 15. in concione Germanici, ubi cognosces hoc primum manasse a Iulio Cæsare. hæc autem sunt ipsius uerba. Diuus Iulius seditionem exercitus uno uerbo compescuit, uocando, QVIRITES, qui sacramentum illius detrectabant. hoc autem refert etiam Suetonius in Iulio num. 17. Exauctorare uerò dicebantur, ut Lãpridius loquitur in Seuero 272. inuentus solus est, qui tumultuãtes legiones exauctorauerit, & Suetonius in Aug. paulò post. citra commoda emeritorum exauctorauit. Sacramento soluere idem erat. Vide Ammianum Marcellinum lib. 24. residuos duos tribunos sacramento soluit, ut desides, & ignauos. quamquam interdum exauctorare, ad honestam refertur missionem. Suet. in Iulio Cæs. num. 69. & Cor. Tacitus paulò post in loco, de quo ante. Et hæc est missio ignominiosa, nam erat etiam missio honorifica.

fica. de ignominiosa Iureconsulti multa in Tit. de ijs, qui notantur infamia. & in Tit. de re militari. de honesta Liuius lib 6. III. decados. dum ne quem militum legeret ex eo numero, quibus Senatus missionem, reditúq; in patriam negasset. de hac missione loquitur etiam Suetonius in Iulio, num. 7. missionem, & praemia flagitantes. & Cor. Tacitus lib. primo, pag. 8. An praetorias cohortes, quae post sexdecim annos penatibus suis reddātur, plus periculorum suscipere? Idem lib. eodem. pag. 7. ne dimissis quidem finem esse militiae, sed apud uexillum retentos. Quid autem sit, apud uexillum retineri, cognosce ibidem post, pag. 13. Igitur uolutatis inter se, rationibus placitum, ut epistolae nomine principis scriberentur, missionem dari, uicena stipendia meritis; exauctorari qui sena dena fecissent, at retineri sub uexillo caeterorum immunes, nisi propulsandi hostis. & in his uerbis, obserua, Exauctorari, referri ad honestam missionem. de honesta missione locus est etiam apud Suet. in Vitellio. num. 15. ubi ait. Delectum quoq; ea conditione egit, ut uoluntarius non modo missionem post uictoriam, sed etiam ueteranorum, iustaeq; militiae commoda polliceretur. Exauctorationem de turpi missionem dici cognosce rursus ex his Suet. uerbis, in Vitellio, num. 10. quicquid praetorianorum cohortium fuit, ut pessimi exempli uno exauctorauit edicto, iussas tribunis tradere arma. Sciendum uero militares alias dictas animaduersiones, alias ignominias, nam animaduersio poenam significat; ignominia autem probrum, & notam. Ex Suetonio id cognosci potest in Tiberio. num. 19. ubi haec sunt uerba. Animaduersionum, & ignominiarum generib. ex antiquitate repetitis, atq; etiam legato Legionis, quod paucos milites cum liberto suo trās ripam uenatum misisset, ignominia notatum. ibi simul adnota causam notandi ignominia, nec milites tantum, & centuriones notari solitos, sed etiam tribunos, & legatos. Vide eundem Suetoniū in Caligula. num. 44. legatos, qui auxilia serius adduxerant, cum ignominia dimisit. Haec ille. tū adnota causam. Itidem illa nota fuit Centurionibus inusta. de qua Suetonius ibidem, plerisq; Centurionum maturis iam, & nō nullis ante paucissimos, quàm consummaturi essent, dies, primos pilos ademit, causatus senium. Obserua notam, & causam. Iudem illud genus notae est in Galba num. 12. Classiarios, quos

Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redegit ad pristinum statum. Hæc nota fuit. Animaduersio autem illa. paulo post ibidem. Atq; flagitantes aquilam, & signa pertinacius decimauit. II. pęna igitur dicatur a nobis Decimatio. de hac Suetonius in Calig. num 48. inhiberi nullo modo potuit, quin decimare uelle perseueraret, & causa decimandi declaratur ibidem. Legiones, quæ post excessum Augusti seditionem olim mouerant. hæc autem est illa seditio, de qua Tacitus libro primo. de decimatione etiam Liuius mentionem facit lib. secundo ab V. C. his uerbis. Decimus quisq; ad supplicium lecti. & Tacitus lib. 3. ubi de L. Antonio, qui milites decimauit. de hac etiam nominatim loquitur Polybius lib. de castrametatione Rom. Classiarios etiam decimauit Imp. Galba, quod pertinacius peterent se iustos fieri milites. Vide Suetoniũ in Galba num. 12. de decimatione etiam loquitur Dionysius Halicar. lib. 9. pag. 446. in libris uersis in latinum sermonem a Gelenio; sic enim erit commodum etiam ijs, qui græce nesciunt, inuenire. Qui autem decimabantur, sorte duci solebant. Vide Polybium in lib. de castrametatione. III. pæna militaris erat Fustuarium. de quo Cicero mentionem facit in or. Philipp. 3. & Velleius pag. 107 in post. uolumine. Caluinus Domitius Iubillium Cẽturionem primipili ob turpem ex acie fugam fuste percussit. de hac pœna copiose loquitur Polybius in lib. de castrametatione. & causas has enumerat. peccare in excubiis. deserere stationem. furto aliquid e castris tollere. falsum testimonium dicere. flore ætatis alicuius abuti. de hac pœna lege Lampridium in Alexandro Seuero. ubi refert, post fustuarii animaduersionem, militi neq; in patriã redire licuisse, nec ab ullo ex suis recipi solitum. hæc pœna potest etiam inter capitales connumerari; nam ait Polybius, cum miles causam dixisset apud Tribunum; si dãnatus fuisset, ab ipso primum Tribuno fuste percuti solitum, mox ab aliis militibus, & fustibus cædi, & lapidibus interdum obrutum necari. IIII pœna. ordeo pascere; & hæc decimatis plerunq; legionibus irrogabatur. Suetonius in Augusto. Decimatas ordeo pauit. & Polybius in lib. de castrametatione. itidem Liuius lib. 7. decadis. 3. ubi de Marcello: cohortibus, quæ signa amiserunt, ordeum dari iussit. Causa illic adnotanda huius pœnæ. Signa amittere. apud Suetonium duplex

pœna,

pœna, primum enim decimantur legiones, postea ordeo pascun tur, & si non cadit in eundem utraq; . V. pœna militaris erat. Vite cędi. de hac Corn. Tacitus lib. primo pag. 9. Centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis uocabulũ. CEDO ALTERAM, indiderant, quia fracta uite in tergo militis, alteram clara uoce, & rursus alteram poscebat. & Liu. in Epit. lib. 57. ubi de disciplina Scipionis loquitur. Quem militem extra ordinem deprehenderit, si Romanus esset, uitibus. si extraneus uirgis cecidit. quo loco adnotandum, maiore ignominia affectos, qui uirgis cæderentur, quàm qui uitibus; Valerius Maximus uirgis ait cæsum Q. Fabium Rutilianum magistrum equitum à Papyrio dictatore quòd iniussu suo in aciem copias eduxisset. lib. 2. cap. 2. Exem. de Papirio. uide etiã Plin. ubi de uite. & Crinitum inter recentiores. VI. pœna. pertundere uenam, & mittere sanguinem, & quidem perantiqua. Vide Aulum Gellium lib. 10. cap. 8. VII. pœna, siue nota potius, & ignominia. Cespitem portare, Suetonius in Augusto. Cespitibus autem aggeres fiebant, & Cor. Tacitus lib. primo pag. 8. simul congerunt cespites, extruunt tribunal; paulo post. Aggerebatur nihilò minus cespes, iamq; pectori usq; accreuerat, cùm tandem peruicacia uicti inceptum omisere VIII. pœna, seu ignominia. portare uallum, & sarcinas; Val. Max. lib. 2. cap. 2. Liuius lib. 57. in epit. ubi de Scipionis disciplina, cum gladio rectè (legendum, tete) uallare scieris, uallum ferre desinito, ibidem metio est militis, qui parum habiliter scutum ferebat. IX. pœna. elephantis proterendos dare. Val. Max. lib. eodem, & capite eodem. exẽplo, de Africano minore, in transfugas, hæc enim pœna ad eos referri propriè debet. X. ignominia potius, quam pœna. ut discincti foderent. Plutar. in uita Luculli. XII. ignominia, pugnare pedibus. Val. Max. lib. 2. cap. 2. exemplo de Cotta, his uerbis. C. Cotta P. Aurelium iunctum sibi sanguine, uirgis cæsum militię munere pedibus fungi coegit, quòd eius culpa ager esset incensus, & castra pene capta. ignominia hæc addita pœnę. XIII. pœna, quæ militibus itidem trãsfugis irrogari solebat. Cruci affigere. Valerius Max. ibidem. exemplo de Africano. & quidẽ Romanos; nam latinos securi percussit. grauiore scilicet pœna affecti Ro. quàm latini, quia minus decet Romanum esse transfugam. XIIII. ignominia potius, quam pœna. Toga laciniis

abscissis

abſciſſis indui. XV. diſcincta tunica indui. XVI. nudis pedibus, a mane uſq; ad noctem ad principia adeſſe. XVII. interdicere uſum balnearum. XVIII. interdicere aliorum conuictũ. XIX. ab equitibus transferre ad funditores. Cauſa uero huius, quod præfectus equitum circunuentus hoſtibus arma illi ſtatim dederat. Vide hæc omnia apud Val. Max. lib. eodem, & cap. exemplo de L. Calpurnio. Notæ hæ, & ignominiæ ab ipſis Impp. tollebantur. Suetonius in A. Vitellio. num. 8. atq; etiam ultro ignominioſis notas, reis ſordes, dãnatis ſupplicia dempſit. itidé in Iulio Cæſare num. 69. ægreq; poſt multas preces reſtituit. Vide locum, nam ait ibi. legionem nonam totam cum ignominia dimiſit, quod tumultuata eſſet apud Placentiam, quãuis adhuc in armis eſſet Pompeius. Vide etiam Aelium Lampridium in Alexandro Seuero. pag. 286. eam tamen legionem, quam exauctorauit rogatus per dies XXX. priuſquam ad expeditionem Perſicam proficiſceretur, loco ſuo reſtituit, eaq; pugnante maxime uicit, cum tamen Tribb. eius capitali ſupplicio affecerit. Hactenus à me de pœnis, & ignominiis militum dictum ſit. Nunc de quaſi ignominiis quibusdam, quæ ad militiam ſpectãt, dicamus. Sic autem appello, quia lege, & conſtitutionibus erat Impp. cautum, non ignominiæ, aut notæ inurendę gratia, ſed aut diſciplinæ militaris, aut dignitatis retinendæ gratia. Refert Suetonius in Auguſto, inſtitutum fuiſſe, & uſitatum ab Auguſto; ut milites in concione, aut in edicto non appellaret commilitones, nec filiis, aut priuignis imperio præditis id permiſiſſe. Cornelius etiam Tacitus libro primo pag. 15. ubi in concione alloquentem facit Germanicum milites. Quod nomen huic cœtui dabo. militesne appellem? qui filium Imp. ueſtri uallo, & armis circunſediſtis; An ciues? quibus tam proiecta authoritas Senatus fuit. Vide, ut non appellat commilitones, nimis enim blanda erat appellatio, & diſciplinam corrumpebat. At ſecus Imp. Alexander Seuerus. Vide Aelium Lampridium. pag. 286. circunſtantibus eum militibus, & quidem armatis ita cæpit. Commilitones, ſi tamen iſta uobis competit appellatio; & quæ ſequuntur. paulo poſt. Milites Romani ueſtri ſocii, mei contubernales, & commilitones amant, potant, lauant, Græcorum etiã more quidam ſe inſtituũt, de commilitonũ appella-

tione inter ipsos milites uide Cor. Tacitum pag. 17. ubi hæc sunt uerba. nec aliter placari posse commilitonum manes. Alterum genus quasi ignominiæ, non uti milite libertino. Refert Suetonius in Augusto, ipsum non esse usum libertino milite, præterquam bis, dum foris bellum gereret, ad præsidium coloniarum contingentium Illyricum, iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis. Miretur aliquis, cum delectus ex tribubus, ut Polybius narrat in libro de castram. Ro. & libertini tribubus continerentur, cur libertinum noluerit scribere militem. Responde, libertinos tribubus quatuor urbanis separatim contineri solitos, ut satis notum est; ideo facile potuisse prætermitti in habendo delectu, cumq; uellet militarem disciplinam augere, & ornare, non nisi ciuibus ingenuis in bello uti noluisse. De libertinis, quoniam infima plebe continebantur, uide quid cauerit Diuus Claudius, apud Suetonium num. 25. nam ait, libertinos, qui se pro equitibus agerent, publicauit. De capite censis etiam non adigendis sacramento, uide Valerium Maximum libro secundo, cap. secundo, exemplo de C. Mario. & A. Gellium. lib. 16. cap. 10. itidem Salustium in Iugurtha. Verum Imp. Nero aliquando coactus est uti libertino milite, imo seruis etiam. Vide Suetonium. num. 44. ubi hæc sunt uerba. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis seruorum numerum indixit, nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Et quanuis Augustus bis usus est libertino milite, non tamen sub eodem uexillo cum ingenuis esse uoluit, nec eo modo armatos, ut dignosci possent. Vide Suetonium eundem. ubi hæc sunt uerba. non commixtos cum ingenuis, nec eo modo armatos. & quatenus ad hanc commistionē militū sub uexillis attinet, ne cum externis quidem auxiliis Romani commiscebantur, neq; enim erat idem delectus, neq; iidē Tribb. militum, sed præfecti ipsos ducebant sui, & separatus iis in castris locus assignabatur. Vide Polybiū in libro de castram. Sed Xenophon in libro, qui ἱππαρχικὸς dicitur fideliores ait futuros externos, si commisceantur cum Atheniensibus. Ideo Demosth. in or. prima Philipp. ait καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους, καὶ τούτων πεντήκοντα ἀθηναίους. pedites uero qui bis mille, inter hos Athenienses

ſes quingentos. Sed idem Xenophon in libro περὶ τῶν πόρων, ſi ciues cum ciuibus coniuncti militent, utilius, quàm ſi cum illis inſtruantur, ut hoc tempore Lydi, Phryges, Syri. & aliis id genus. Verùm hæc commiſcendi ratio alia eſt, uel non commiſcendi. illi non commiſcebantur ab Auguſto dignitatis cauſa, hi nõ ſunt commiſti ab Athenienſibus ob diuerſitatem linguæ; Nec tribus commiſceri olim Ro. uoluerunt urbanas ruſticis, ob ignobilitatem, Vide Liuium libro 9. ſub finem narrantem, quomodo libertini, Fabio authore, qui ideo eſt dictus cognomento Maximus, coniecti fuerint in quatuor urbanas tribus; nam urbanæ tunc cœperunt appellari; Impp. ætate ſi non commiſcebantur ſub eodem uexillo externi cum Ro. at utebantur eadem diſciplina. Vell. paterculus in uolumine poſt. pag. 134. in impreſſis Lugduni. ubi de defectione Pannoniorũ loquitur, & Dalmatarum. In omnibus autem Pannoniis non diſciplinæ tantùm modo, ſed linguæ quoq; notitia Romanæ, pleriſq; etiam literarum uſus, & familiaris animorum erat exercitatio, ideo periculoſum fuit, & quæ ſequuntur. Sic etiam Liuius de latinis lib. 8. lingua, moribus, armorum genere, inſtitutis congruentes, nam ſæpè ijsdem in manipulis fuerant. Nec uerò mirandum hoc de latinis dici, quia cum ipſis eſſet data ciuitas, poterant in ijsdem manipulis, & ſub eodem uexillo in legionibus Ro. militare. Nec uerò prætermittendum Auguſtum olim (ut refert Suetonius) Romæ uſum militis libertini opera tùm incendiorum cauſa, tùm ob periculum imminens ex caritate annonæ. Semper enim incendiorum ſuſcepta eſt cura. Vide Liuiũ libro 9. de bello Maced. pag. 262. ubi de Quinqueuiris, quibus hoc eſt mandatum. Magna autem incẽdia ſæpe à Liuio Romæ fuiſſe narrantur. Vide etiam Paterculum pag. 156. ſub finem uol. poſterioris. ubi Cælii montis incendium narrat, cum iactura omnium, quibus ſuccurrit Tiberius. Caritas uerò annonæ ob frequentiam hominum ſæpe Romæ erat. Sex. Rufus inſignis Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptor, ex Aegypto ducenties cenna millia in urbem inferri ſolita ſcribit. Incendiorum cura etiã Triumuiris capitalibus mandata.. Vide Liuium ibidem. Seruare, ne qui nocturni cœtus fierent, utiq; ab incendiis caueretur. adiutores ijs dati Quinqueuiri, ut cis Tiberim ſuæ quiſq; regioni, ædificiis præeſſent. ſi igitur libertino milite uix utebãtur,

quid credendū de seruis?iis certe nō licebat militare. Vide Vell. Paterculū in posteriore uolumine, pag. 136. ubi de defectione Pānoniorū, & Dalmatarū loquitur; Habiti itaq; delectus, reuocati undiq; omnes ueterani; uiri, fœminæq; ex cēsu libertinū coactæ dare militē. Libertinū militē, intellige seruos manumissos, ut militare possent. Suet. hoc idem apertius demōstrat in Augusto nu. 25. his uerbis. eosq; seruos adhuc uiris, fœminisq; pecuniosiorib. indictos, ac sine mora manumissos sub priore uexillo habuit, neq; aut commixtos eum ingenuis, aut eodem modo armatos. Obijciat se mihi aliquis, & dicat seruos militasse. prolatis illis ex Liuio uerbis, quæ sunt libro secundo de bel. punico, post cladem Cannensem. Annibal redimendi sui captiuis copiam fecit precia in singula capita, Equiti quingenos quadrigatos, tricenos pediti, seruo centum. Ergo serui erant in exercitu Ro. Sed tu intellige calones, & lixas, & id genus turbæ. Cicero in oratione pro Deiotaro, ubi sunt illa uerba. seruum iudicatum. ostendit satis rem ita se habere. extat etiam Plinii Epistola ad Imp. Traianum, in qua de hac re agitur. Militarunt tamen aliquando serui etiam non manumissi. Liuius libro secundo belli punici, post Cannensem cladem, loco ante demonstrato, id ita explicat. Etiam aliam formam noui delectus inopia liberorum capitum, ac necessitas dedit; VIII millia iuuenum ualidorum ex seruitiis, prius sciscitantes singulos, uellent'ne militare, empta publicè armauerunt; hic miles magis placuit, quàm redemptus. Idē etiam ab Imp. M. Antonino Philosopho factum narrat Iulius Capitolinus. pag. 194. Et seruos, quemadmodum bello punico factum fuerat, ad militiam parauit; quos uoluntarios exemplo Volonum appellauit. Nec seruis tantùm usus est in bello Germanico, & Marcomanico, sed etiam gladiatoribus, quod hominum genus uilissimum erat, multoq; fortasse peiore conditione, quàm serui. Capitolinus ibidem. Armauit etiam gladiatores, quos Obsequentes uocauit. imò (tanta erat necessitas) etiam latrones. Verba Capitolini sunt hæc ibidem. Latrones etiam Dalmatiæ, & Dardaniæ milites fecit, qui locus ita intelligendus. ut dicas milites factos, quia ipsos sacramento adegit militari, tunc enim fiebat aliquis miles, & incipiebat frui priuilegiis omnibus militaribus. Hactenus à me de pœnis, & ignominiis militum Romanorum dictum sit.

EIVSDEM.

DE GRADIBVS HONORVM, ET MAGISTRATVVM RO.

ILLVD primum omnium satis constat (ut ab initio repetam) Romanorum pueros prętextam gestare solitos, quam graeci περιπόρφυρον uocant, unde & prætextati dicti; Suetonius in Iulio Cæsare num. primo. prætextato Cossutia desponsata. itidem & bullam. locus est apud Asc. in 3. in Verrem. pag. 45 simul cum prætexta etiam bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, communiens pectus puerile. Signum igitur erat ingenuitatis bulla aurea. studebāt enim Rom. dignoscere ingenuos ab aliis. Quatenus igitur ad liberalem causam attinet, cauit Imp. M. Antonius Philosophus, ut quilibet liberos suos post tricesimum diē. nomine imposito profiteretur apud præfectum ærarii; in prouinciis uero apud Tabularios publicos. Iulius Capitolinus id narrat pag. 191. Prætexta deponi solita, & toga uirilis statim sumi. Valerius Probus in sua Epitome de nominibus Ro. ait. non ante prænomina imponi solita, quàm togam uirilem sumerent. nec ista uerba, quod credunt quidam, aduersantur illis Plutarchi in probl. Ro. ubi ait. nono die maribus imponi solita nomina, & fœminis octauo. nam Plutar. de nomine gentilitio tantùm loquitur illic; Valerius autem Probus de prænominibus. & utrunq; uerum est. quòd autem lustrico die imponeretur infanti gentile nomen, unde Suetonium in Nerone. num. 5. de qua re etiam antè locuti sumus. Virilis toga sumebatur solenni. die. Sic uocat Iulius Capitolinus in M. Antonio Philosopho pag. 189. Virilem togam sumpsit quintodecimo ætatis anno, statimq; illi desponsata est L. Ceionii filia ex uoluntate Hadriani. Itidem Suetonius in Tiberio num. 53. uirili toga sumpta adolescentiam omnem transegit. Idem in Augusto. num. 8. duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit. quadriēnio post uirili toga sumpta militaribus donis donatus est. hanc puram uocat Cicero in ep. ad Att. lib. 5. ubi scribit se togam puram Ciceroni dedisse; de ea etiam Catullus in elegia ad Mallium.

& hoc

& hoc tyrocinium ætatis uocatur a Suetonio in Aug. ubi loquitur de Caio, & Lucio. & in Nerone. num. 6. deductus tyro in forum. ubi adnotari potest, consuetudinem fuisse, ut adolescentes, qui togam puram sumpserant, deducerentur in forum. tyrones autem dicti, quia tunc incipiebāt militare sub annum XVII. ut patet ex Plut. in uita Gracchorum. Toga igitur pura sumpta militare, & stipendia facere sub Impp. incipiebant. ut Pōpeius sub Sylla. Plut. in Pompeii uita. C. Iulius Cæsar sub Thermo prætore in Asia. Suet. num. 2. & 3. & sub Seruilio Isaurico in Cilicia, & proauus Augusti sub Aemilio Papo. Suet. num. 2. Cato de se ipso apud Ciceronem in lib. de Sen. ita loquitur. Quibus miles punico bello, aut quęstor in eodem bello, aut Consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post cum Tribunus mil. depugnaui apud Thermopylas M'. Acilio Glabrione Cos. Enumerat militiæ suæ gradus. sed miror, quomodo Cicero post Consulatū illum Trib. mil. fuisse dicat. Plut. χιλίαρχον. nam Liuius lib. 6. 4. decados ait legatos Consulares ipsum fuisse, & Valerium Flaccū Acilii Glabrionis. Legatos uero proxima dignitate fuisse in exercitu consulibus, cognosce ex Liuio. lib. 3. pag. 33. lin. 50. ubi ait. Consulem alterum dextrum cornu, alterum sinistrum; legatum mediam aciem, alterum equites rexisse, & idē lib. 4 pag. 37. lin. 20. dictatorem in exercitu sibi assumpsisse legatos, quos uellet, uiros insignes. Tribuni mil. alii ex equitibus, alij ex peditibus creabātur. Polyb. in libro de castrametatione. equites, quibus decem essent reliqua stipendia; pedites, quib. sex. hi erant seniores, & numero sex. itidem ex iunioribus quatuordecim, qui quinq; confecissent stipendia. Ibidem. Singulæ autem legiones sex habebant Tribb. mil. Polyb. ibidem. de numero stipendiorum Liu. lib. 3 pag. 31. num. 50. ubi ait Oppium. VII. & uiginti confecisse stipendia. Magis uero honorificum erat militasse equitem, quàm peditem. Collige ex Liuio libro. 3. pag. 31. lin. 100. ubi ait. L. Tarquitium patritium, sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. Intelligi iam potest, qualis esset militiæ gradus Trib. mil. sed illius ductu, & auspicio bellum non dicebatur geri. Liu. lib. 4. pag. 37. lin. 60.; nec milites ab eo poterant solui religione iuramēti Liu. lib. 3 pag. 25. lin. 100. Aetatem si quęris (nam hoc spectat ad rem propositam) collige

ex

ex Polybij loco antè recitato; nã si creabant Tribb. militũ alios, quibus iam essent confecta stipendia sex, patet hos annorum fuisse XXIIII. nam ætas militaris incipiebat post XVII. ut ante dixi. hinc illa edicta, quicunq; essent ætate militari. Liu. lib. 3. pag. 26. lin. 70. equites uerò creabantur Tribb. mil. anno ætatis XXVIII. ex priore supputatione, si rem colligas. obscuri, & humiles, qui creari non poterant Tribb. mil. alios habebant militiæ gradus; quos enumero ex Liuio lib. secundo, lin. 60. Miles. ductor ordinum. Centurio. Centurio primi pili. itidem. Vexillarius. Optio. Tesserarius. signifer, & aquilifer. uide quid dicat de his Iulius Capitolinus in Pertinace, sub initium. Verùm de his, & aliis omnibus ego alibi copiosè disseram. Nunc aliorùm honorum gradus declaro in patritiis uiris, & plebeiis nobilibus. Postquàm militarant, ibant ad petitionem urbanorum magistratuum. & primùm quæsturam petebant, anno XXIII. ex lege annali, ut ego alibi copiosè exposui. sed pulchrum censebatur ex castris redire cum laude, & donis militaribus. Ciuicam coronam retulit Iulius Cæsar, qua illum donauit Thermus prætor in Mitylenarum expugnatione. Suet. in Aug. num. 2. & Octauius triumpho Cæsaris Africano donatus est militaribus donis, quo anno togam sumpsit uirilem, quanquam expers belli propter ætatem; nam agebat annum XVI. Quæsturam sequebatur ædilitas interiecto spatio annorum trium. Aedilitatem præturainteriecto biennio. Præturam consulatus interpositis annis itidem duobus. nam ætatis anno 43. consulatum gerebant, sicuti Cicero in Philipp. VI. declarat nominatim. Sed nos de his omnibus alibi copiosè dicemus, cum loquemur de lege annali. Verũ quærat aliquis in gradibus honorum plebeii hominis de tribunatu plebis; quo loco, interq; quos interiici soleret magistratus urbanos, respõdeo tribunatum pl. quæsturam uel urbanam, uel prouincialem sequi consueuisse. Id patet ex oratione Cic. pro Sestio sub initium ferè, ubi ait, Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P. Sestius, ut quæsturam Macedoniæ relinquam, exposuerat enim tribunatum militum ante, his uerbis. Possem multa dicere de tribunatu militum, sed mihi obuersatur ante oculos reip. dignitas, quæ ad se rapit. paulò post. Quæstor hic C. Antonii collegæ mei, Iudices, fuit sorte. Iam igitur res satis patet. Sed etiam ex

Asconio

Asconio id perspici potest, nã in argumẽto or. pro Cornelio Balbo de maiestate ait. Cor. homo non improbus uir habitus est. fuerat quæstor Cn. Põpeii. deinde Tribunus pl. C. Pisone consule. Vide, ut Trib. pl. sequatur quæsturã. Atq; hoc idẽ, quatenus ad Tribunatum mil. & quæsturam spectat, cognosci potest ex Suet. in Iulio Cæs. nu. 5. Tribunatu mil. qui primus honor Romam reuerso per suffragia Pop. obtigit. ibidem num. 6. uidebis quæsturã nominari Hoc me impulerat antè multos annos, ut dicerẽ epistolã illam Cic. lib. II. Ep. fam. ad Curionem. Nondũ erat auditum, ad Curionem patrem, non autem ad Curionẽ filium scribi; quia cum esset adolescens, & quæstor in Asia, nec dum Trib. pl. non illi cõmisisset Cicero petitionem Milonis tãto studio, ut diceret, Dux nobis, & author opus est. idq; uerum esse existimo, & si nonnulli postea conati sunt hanc meam annotationem temere carpere. De sacerdotiis reliquum est ut quæramus, quo ordine tribui solerent. Ac illud tantummodo summatim dicam; sacerdotia mandari solita tantũ senibus. Sed postea immutata ratio est. Liu. id nominatim docet lib. 10. Consulares, triumphalesq; uiri, quorum honorib. nihil deesset, præter sacerdotia, quæ nondũ erat promiscua. Idẽ lib. 29. sub finem, extremis ferè uerbis immutatam rationem ostendit. Gracchus admodum adolescens, quod tũc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. &c. Itidem Suet. in Iulio. num. 13. ante præturam pontificem creatum ipsum narrat. Hęc ita sese habebãt florente rep. & si postremò paululum immutata. Sed Impp. ætate omnia confusa; imò ante sacerdotia ipsis mandari solita. Vide Iulium Capit. pag. 189. in M. Antonino Philosopho. Illum octauo ætatis anno in Saliorũ collegium retulit. paulò post. fuit in eo sacerdotio, & præsul, & uates, & magister, multosq; inaugurauit, & exaugurauit, nemine pręeunte. Paulò post. Virilem togam XIIII ætatis anno sumpsit, eiq; desponsata fuit Commodi filia. Ibidem. Nec multò post præfectus latinarum feriarum. Ibidem XVIII. ætatis anno adoptatus ab Adriano quæstor est designatus. Hæc ita præter consuetudinem agi solita, quamuis lege annali sæpe solutos leges, ut ipsius uideretur habita ratio. Hęc à nobis hactenus dicta sint de gradibus honorum, & magistratuum Ro. De censura nihil diximus, quia satis constat ipsam plerunq; consulatum consequi consueuisse.

FINIS.

MENSIVM APPELLATIO EX NOMINIBVS IMPP.



CAVSAS quatuor reperio fuiſſe, propter quas olim Impp. Rom. menſes de ſuo nomine appellari uoluerint; uel propter inſignem aliquam uictoriam; uel in memoriam mortui alicuius, quem ipſi diligerent; uel quod eo menſe eſſent ipſi nati; uel quod eo tempore imperium ſuſcepiſſent. Sextilem Imp. Auguſtus appellauit Auguſtum, quia eo menſe inſignes uictoriæ ipſi obtigerant, ut Suetonius teſtatur, potius quàm Septembrem, quo fuerat natus, ex quo patet altera cauſa, ſicuti ſuperius expoſui. Nonnulli tamen Impp. tales reiiciebant appellationes, etiam ſi S. C. fierent. id factum à Tiberio ſcribit idem Suet. num. 26. his uerbis. Et ne menſis September Tiberius, October Liuius uocarentur, interceſſit. Liuium enim à matris ipſius nomine dici uolebant. Altera cauſa explicatur ab eodem num. 15. in Caio, ubi ait. In memoriam patris Septembrem menſem Germanicum uocauit. Tertiam uerò, & quartam cognoſce ex eodem num. 13. in Domitiano, ubi ait. Septembrem menſem, & Octobrē ex appellationibus ſuis Germanicum, Domitianumq; nominauit, quòd altero ſuſcepiſſet imperium, altero eſſet natus. Etiam Antoninus pius S. C. tale de ſe fieri uetuit. Vide Iulium Capitolinum pag. 186. Menſes Septembrem, atq; Octobrem Antoninum, & Fauſtinum appellandos decreuit Senatus; ſed id reſpuit Antoninus. de tertia, & quarta cauſa itidē lege Vopiſcum in Tacito. 67. Hic idē menſem Septembrem Tacitum appellari iuſſit, quòd eo menſe & natus, & Imperator factus. Nullus uerò plures appellationes menſibus indidit, quàm Commodus Imp. Nam pro Auguſto menſe appellauit Commodum, pro Septembri Herculem. pro Octobri inuictum. pro Nouembri exuperatorium. pro Decēbri Amazonium appellauit. Vide Aelium Lampridium, pag. 210. qui ita ſcribere etiā ſolitos tunc omnes teſtatur. Idibus Herculeis. Calēdis exuperatoriis. calēdis Amazoniis; neq; uerò hæc nomina S.C. indita, ſed potius ex adulatione nefariorum hominum.

ERRATA ITA CORRIGENDA.

Pag. 4. in præfatione, Enim si temporum lege. Etenim si tẽporũ.
Pag. 5. in præfatione descripsit. Hebræorũ etiã. lege. descripsit, Hebræorum quoq;.
Pag. 5. in præfatione. βιφαίως lege. βιβαίως.
Pag. 7. in præfatione. in diuinæ philosophiæ. deest. studio.
Pag. 12. b. Omnia ad retardandum lege. Omina.
Pag. 42. b. commendatur lege commendantur
Pag. 78. b. Anobarbo. lege Aenobarbó.
Pag. 112. Milo Lanuuiis olim Cic. lege. Milo Lanuuij olim; Cic.
Pag. 124. b. in oratione pro Archita. hæc uerba delenda.
Pag. 144. b. ubi ait dicens. lege. ubi ait. dicens.
Pag. 145. a. modum promotiones ad militiæ gradus. Vide Lampridium in Alex. Seuero. de promotionibus autem militaribus alibi copiosè differemus, res enim est obscura, & difficilis, scituq; digna. Hactenus à me dictum sit de commodis militum.

Hæc omnia uerba delẽda. quia bis sunt repetita ab ipso impressore, qui deceptus esse similitudine uocum duarum commodum, & commoda. ut patet.

Ad Lectorem.

TE non ignorare uolo, Lector amice, in Tabula illa, quæ est scalpta in Aug. ad eius omnem gẽtem ostendendam usq; ad Nerone Imp. non esse appositum Britannicum Diui Claudii filiũ, neq; uxores Claudii eiusdem, neq; uxores Neronis, & Caligulæ sicuti oportebat, quia tabula capere tàm multa non potuit.

Velim etiam scias, ne fortasse inter legendum mireris, cum consuetudines annotassem in Aug. me omnia confuse' collegisse: sed postea mutasse sententiã; ac distinxisse, singula genera suis locis apte disponendo, ut facilius omnia inueniri possent. Vale.



SERIES CARTARVM.

abcd. ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT.

Omnes sunt duerniones, præter. HQVZ BB II TT simplices.

Impressus hic Liber fuit Bononiæ M D L I X. in Officina Io. Baptistæ, & Alex. Benaciorum fratrum, & Ioannis Rubei Sociorum.

Permittente F. Eustachio Locatello præfecto Inquisitionis.

